in adiuuanda muſculorum colli actione collocat; caput a rectis lateralibus, complexisque musculis ad latera moueri, (quod tamen, vt et rotatio ab eis etiam muſculis hic non indicatis perficitur); extenſores colli praeter tranſuerſo-et infraſpinoſum etiam ſpinoſum referri; ſcalenis et infratranſuerſo motum colli ad latera, vt et pectorali vtrique, clauio, ſerratoque anteriori reſpirationis motum ſcribi; in muſculis collum mouentibus ſplenio magnorumque tranſuerſalium nullam fieri mentionem; p. 162. ſcapulae eleuationem angulari et trapezio adductionem pectorali minori, deductionem rhomboideo tribui, adeoque ſerratum anticum maiorem inter illos, qui ſcapulam mouent, non referri; hyochio attollendo deltoideum, ſupraſpinatum et coracobrachialem, deprimendo latiſſimum dorſi, ſubſcapularem, teretemque maiorem, adducendo pectoralem magnum, deducendo infraſpinatum teretemque minorem dicari; inter flexores cubiti ſupinatorem longum omitti; in muſculorum manus vſu deſcribendo de eius ad-et deductione nihil dici et interoſſeos ac lumbricales tantum ſingulari titulo muſculorum, qui in manu digitis omnibus communes ſint, adduci; pollicis extenſionem longo et breui, flexionem longo et breui, ſeu thenari, deductionem longo et breui, ſeu hypothenari breui, deductionem antithenari (forte illi, quem ſupra metathenarem dicit) et opponenti ſeu hypothenari longo adſcribi; indici vnicum tantum extenſorem, p. 163. digito minimo adductorem, deductorem et flexorem, coccygi vnicum iſchiococcygeum dari; femur flexum ab iliaco interno, pſoa maiori, pectinaeo; extenſum a glutaeis; adductum a tricipite, deductum a faſcia lata, pyramidali, quadrato, et gemellis, rotatum ab obturatoribus: plantarem gracilem ad pedis extenſores referri; flexionem pedis

tantum

tum tibiali antico, medioque peroneo, adductio-
m tibiali poſtico, deductionem peroneo longo et
ruo tribui: inter muſculos pollicis pedis addu-
orem, de quo nulla deſcriptio, numerari; nul-
m denique muſculorum oſſis hyoidei, vt et hyo-
ſternothyroidei in hac ſciagraphia fieri mentio-
em. *Caput octauum* de ſplanchnologia inſcriptum p.164.
rae et piae matris, arachnoideae, cerebri, cere-
lli, medullae oblongatae et ſpinalis hiſtoriam tra-
, et de vſu cerebri, vigilia ac ſomno loquitur. In- p.165.
ſinus durae matris occipitalis poſterioris et or-
iorum nulla facta mentio; occipitalium infe- p.166.
rum inuentio DU VERNEYO adſcribitur; petroſi in
periores, marginem oſſis petroſi ſuperiorem occu-
antes, et inferiores, in loco coniunctionis petroſi
is cum illo occipitis conſtitutos, (antea vero in
periores et poſteriores) diuiduntur; ſellae tur-
cae vnicus tantum circularis, tranſuerſalibus baſi-
ium nomen datur; ſanguisque ex ſinubus in fo-
s iugulares venas fluere dicitur. Pondus cerebri p.167.
mani quinquaginta et ſex vnciis aequale aeſtuma-
r. Implicationem fibrarum nec in corpore cal- p.168.
oſo, nec in alia parte cerebri et neruorum depre-
endi, et id, quod in hemiplegia inde explicata oc-
urrat, accidere etiam in aliorum viſcerum, v. c. re-
um et teſticulorum laeſione ex ſolita maiori ſan-
uinis quantitate affluente exponendum. Inter-
allum inter hemiſphaeria, et corpus calloſum hu-
a ventriculus propter ſimilitudinem cum glottide
ppellatur. Quum partem ſepti lucidi anteriorem p.169.
erebrumque portio piae matris et ſubſtantiae cere-
i in infima parte intercedat, nec VIEUSSENIO et
IESLOWIO, ventriculi triangularis SYLVII, in-
er duas ſepti lucidi laminas reperiundi, cum tertio
entriculo communionem ſtatuentibus; nec TARI-
O, eundem parua illa, duas columnae anterioris
fornicis

fornicis chordas ſeparante, fiſſura in latera
triculos hiare aſſerenti, aſſentiendum eſſe. Sub
p.170. tiam vnius thalami optici cum illa alterius non
p.171. fundi. Glandulam pinealem duabus cerebri
tionibus, a tertio ventriculo productis, media
cum tuberculis quadrigeminis coniunctam
Neque aquaeductum SYLVII, iam GALIEN
ARANTIO notum, neque corporum ſtriatorum
thalamorum neruorum opticorum ſubſtantiam
ctor noſter accurate deſcripſit, et de chorda albi
cula fibroſa, et parum tranſparente prope ſul
thalamos neruorum opticorum a corporibus ſtr
ſeparantem, poſita, cuius varia nomina indica
cornubus Hammonis, corpore fimbriato, et c
MORANDI admodum copioſe, de plexu vero c
roideo, glandula pituitaria, corpore pſalloide, te
p.172. ventriculo nihil vel certe perparum dixit. Pr
nentiarum quidem, non autem appendicum ver
formium cerebelli mentionem fecit, nec, quo ſe
p. 173. nis modo arbor vitae appareat, dixit; pedunculi
rebri brachiorum, illis cerebelli crurum medi
oblongatae nomen dedit. De neruorum, quo
p.174. ſectione de medulla oblongata contemplatur, c
haec habet. Olfactorii tribus ramulis a parte an
riori cerebri; motores oculorum communes a h
chiorum medullae oblongatae parte interna; p
thetici a tuberculis quadrigeminis; trigemini a
terali inferiori et anteriori crurum medullae ob
gatae parte; motores oculorum externi inter
crura et protuberantiam annularem; auditori
pontis VAROLII laterali et poſteriori parte; v
a laterali et ſuperiori medullae oblongatae parte
nularem verſus protuberantiam; ſubocciput
quum non ſemper, vti nerui medullae ſpinalis,
duas diuiſi ſint partes, ad medullae oblongatae
vos referendi, a medullae ſpinalis principio o

ur. Sectio, cuius titulus de medulla ſpinali, quae p. 175.
l, primam lumborum vſque vertebram increſcere
rtur, etiam de vaſis cerebri exponit, variaque ad-
ec cerebrum attinentia tradit. Motus cerebri p. 176.
li reſpirationis aequalis a ſanguinis in exſpirando
centione dependet, faciliusque in inſpirando per-
itur, eleuato etiam cerebro ſanguis ſuperiora ver-
s refluere poteſt. Ad praeternaturalia cerebri
iſtranda ſequens narratur hiſtoria. Foetus circiter
imeſtris, breui poſt partum mortui, caput ſolito
inus cum fronte plana, conuexitate cranii et par-
capillata deficiente, oculis prominentibus, con-
nctiua ſanguine turgente, aure in duas partes di-
ſa; in ore ſubſtantia carnoſa in margine fimbriata
r totum maxillae inferioris marginem alueolarem
teaſa; mentum thoraci contiguum; collo, adeo-
e et anterioribus poſterioribusque eius muſculis
ſentibus, in poſteriori integumentorum loco ſu-
rficies carnis colore, et mollis, ab alto vſque ad
gitum tranſuerſum ſuper os ſacrum deſcendens;
huius ſubſtantiae latere, et in ea ipſa ſuperius ca-
ii; ſub ea alia mollis, interiusque dura, irregula-
ſubſtantia; truncus tamen cum extremis in na-
li ſuo ſtatu; oſſium cranii frontale perparuum, p. 177.
netalia abſentia, occipitale ſolito craſſius, diame-
duos digitos tranſuerſos ſolito maiori, ſphenoi-
um frontale inter et occipitale collocatum, alis
magnis non multum manifeſtis, ethmoideum
rale, temporalia parua, in eorumque petroſa
te, tympanique cauitate omnia, quae ad auditum
unt, ſtapede tantum ſolito longiori: in ſuperiori
ntali cauitas paruam cerebri continens portio-
m, a qua nerui olfactorii, optici, et neruea pars
organum auditorium progrediens; prope illam
rtionem alia pars neruoſa inter os frontale et oc-
pitale ad huius externam faciem procedens, a ſu-

pra deſcripta illa carnoſa ſubſtantia obtecta, [illegible]
que medullae ſpinalis occupans, a qua nerui [illegible]
tremitates ſuperiores tres, ad medii, cubitalis [illegible]
diei neruorum inſtar diſtributi, vt et nerui [illegible]
lumbares, ſacri, indeque crurales, obturatorii [illegible]
iſchiadici. Thymus prominentia ſphaeroidea
dextra parte pectoris conſpicua, alia minori in ſi-
p.178. ſtra illi reſpondente. Pulmoni ſiniſtro vnus [illegible]
tum lobus, dextro duo minimi. Cor, vaſa inde or-
abdominisque contenta a naturali ſtatu non [illegible]
rantia, annularis denique vertebrarum pars [illegible]
p.179. ciens. Vtilitas cerebri quoad ſenſationes, [illegible]
ctum, memoriam, vim imaginationis, animi affec-
motus voluntarios, inuoluntarios ac mixtos, phi-
ſophice igitur magis, quam phyſice exponitur
de eius motu, quae iam ſupra dicta ſunt, repe-
p.183. tur. Quum ſine cerebro nulla vita, animae [illegible]
184. in cerebro quidem, quum autem vita, haec vel
cerebri parte licet deficiente vel laeſa; tamen
tinuetur, in nulla cerebri prae ceteris parte p-
tur. De vigilia et ſomno phyſiologice et pa-
p.186. gice breuibus diſſeritur. *Caput nonum* vel vlti-
de ſenſibus eorumque organis, ſimulque de or-
faucibus, nec non larynge et pharynge, actioni-
que ab his partibus perficiendis verba facit.
rotica nec a dura matre, nec a neruo optico
p.187. cornea, vt inprimis DESMOURSIUS demonſtr-
nulla ſcleroticae continuatio, quum haec in
oſſea, in piſcibus cartilaginea, illa tamen
membranacea ſit; choroidea, quam et vuea
diſtinctione vlteriore vocat, et quae ſubtilitat-
ratione ex duabus vaſcularibus laminis com-
eſſe nequit, nec ab arachnoidea, nec a pia
producta, in facie ſua interna vaſa maiora
p.188. quae venoſa ſunt, ab eaque iris non oritur,
189. ſolitae fibrarum carnearum contraria, qua

notrices iridis ſtimulatae longiores, et vice verſa
reviores redduntur, a ſingulari earum ſitu pendet:
eisdem pupillae mobilitatem ab impreſſione lucis
riri non veriſimile eſt, quum pars per ſe non irrita-
ilis ſe non niſi paſſiue mouere queat. Detectio mem-
anae pupillaris in foetu iure ALBINO debetur.
minae, cum choroidea et humore vitreo, arteria
ntrali mediante, coniunctae, duae ſunt laminae,
ix a ſe ſeparandae. Conuexitas faciei poſterioris p. 190.
ntis cryſtallinae maior facit, vt illa in capſulam
ilius recipi queat. Fluidum, quod inter lentem, p. 191.
ſque capſulam reperitur; humor STENONIS vel
BUONAGNII nominatur. Ramulum, qui ab arteria
rea ad lentis capſulam tendit, nullos globulos
guinis rubri vehere. Sine lente cryſtallina obtinere p. 192.
ſam, attamen imperfectum. Tunicam hyaloi- p. 193.
am non formare cryſtalloideam. Vidit Auct. ra-
os ab arteria centrali lentis cryſtallinae ad humo-
em vitreum progredientes. Ipſe et BUONAGU-
RTI humorem vitreum regenerari quidem, non
men, niſi vtilitatis reſpectu, priori ſimilem eſſe,
ruptis demonſtrarunt. Cum eadem, cui reliqui
uſculi recti oculi ſe vniunt, tendinea ſubſtantia
ſtollens coniunctus eſt. Aponeuroſis muſculorum p. 194.
ſorum oculi ſcleroticam non format, quum haec
quibusdam animalibus cartilaginea, vel et oſſea,
vero membranacea ſit. Muſculos rectos ad ob- p. 195.
ta remota, obliquos ad vicina ab oculo melius
ſpiciendis facere, neutiquam verum. Inter ner- p. 196.
. oculi tantum de optico et ciliaribus ſermo.
num ciliis abſentibus homo nil incommodi ſentiat, p. 197.
is eorum in oculo a nociuis corpuſculis fortibus-
ue lucis radiis defendendo dubius. De muſculo
bicolari palpebrarum parum dictum. Membra- p. 200.
e ſaccum lacrymalem ductumque naſalem inue-
enti diaphragmatis lacrymalis nomen tribuitur.

p. 202. Viſus ex optices praeceptis illuſtratur. Inde vi-
204. nerata caecitas immedicabilis. Naſo, de cuius cur-
p. 205. laginibus minoribus nulla mentio, duo ipſi et labii ſuperioris communes, tresque proprii muſculi, rabilis, qui, pars frontalium, ad naſi motum nihil facit; tranſuerſus, extremum oſſis naſalis ſuperioremque cartilaginum partem cingens, eleuatori pinnae et labii ſuperioris iunctus, in medio aponeuroticus, adeoque digaſtricus, et quum pinnas cartilagini na-
p. 206. diae impari appropinquet, rite compreſſor naſi dictus, in reſpiratione difficili actione ſua manifeſtus, tandem myrtiformis ab eleuatore naſi et labii ſuperioris tectus, maxillae inferiori in dentium incliſorum et caninorum loco, pinnaeque, quam deprimit,
p. 207. adhaerens. Sinuum in nares hiantium nulla deſcriptio, nec praeter odoratum aliud quid de naſi
p. 208. vtilitate dictum. In ſternutatione explicanda conſenſum inter neruos narium, neruosque muſcu-
p. 210. lorum reſpicitur. Auris muſculi cum interni, magnus et paruus helicis, muſculus tragi, antitragi, conuexitatis auricularis; tum externi, anterior, ſuperior, vnum tantum conſtituentes, et poſterior; de eorum varietate autem ſilentium. Vaſa tantum temporali et auriculari. Glandulis ſebaceis auricularium nomen. Nerui ab acuſtico, ſecundoque
p. 211. tertio ceruicalium pare. Membranae tympani tria ta quatuor, duo externa ab epidermide, tertium proprium, quartum a perioſtio cauitatis tympani. Lis de perforata membrana tympani copioſis enumeratur verbis. Perforari poteſt fumo tabaci aut alio
p. 212. inflato, auditu tamen non plane deperdito. In ſua diuerſarum capitis partium integro via in tubam Euſtachianam facilius per nares, quam per fauces patet. Per hanc tubam membrana pituitaria ad tympani cauitatem peruenit. De eiuſdem tubae non membranacea, ſed tantum de cartilaginea parte,

fibri-

ſibique muſcularibus a periſtaphylinis, interno conſtringente, externo dilatante tubam, productis verba. Membranulae cellulas maſtoideas inueſtientes diaphragmatibus ad gyros aëris ſonori facti aptandos inſeruientibus ſimiles. p. 213.

Communio inter cauitatem tympani, internamque cranii non comprobanda, ſanguisque ac pus, quod VALSALVAE ex cranii cauo per meatum auditorium externum fluxiſſe viſum eſt, potius in ipſo organo auditorio natum. Inter auctores, quibus proceſſus gracilis mallei cognitus, PLATERVS et REMMELINVS non adiecit. Nec dictum, incudis corpori eſſe duplicem p. 214. cauitatem, vni tantum mallei caput inhaerere, nec vna parte malleus membranae tympani inſiſtat, nec quidquam de cruribus incudis. Graeci malleum et incudem cognouerunt, incertumque, CARPVS, an ACHILLINVS oſſicula ea primi obſeruauerint. Non INGRASSIAS, ſed EVSTACHIVS, ante COLVMBVM et VESALIVM ſtapedem accurate deſcripſit. Spatium crura ſtapedis intermedium a ſubtili, leuem ſubſtantiae compactae quantitatem con- p. 215. tinente membrana repletur. Muſculus externus p. 216. mallei verus muſculus. Chorda, quae cum ipſo neruo linguali, (cum quonam, non definitur,) non autem cum eius ramulo coniuncta eſt, tympani cauitatem perparuam illam, quae in baſeos pyramidis poſteriori parte aperturam ingreditur, et ſub brenii incudis crure inter longum eiusdem crus, et partem manubrii mallei ſuperiorem ex profundo in altum, et a poſterioribus anteriora verſus ad inſertionis tendinis muſculi interni mallei, cum quo cohaereat, locum vſque proſilit, tumque craſſior denſiorque facta. Veſtibuli, cui ſeptem aperturae, ca- p. 217. uitas hemiſphaerica a ſemiouali ſpina quadam oſſea, in exiguam et inaequalem oſſeam pyramidem, in cuius apice horizontalis, in baſi vero duo verticales

canales ſemicirculares exiſtunt, ſe terminantes, hoc
p. 218. rata eſt. Cochlea, ob gyros ita appellata, habet
bet in poſtico et interiori, vbi intrat dura neru
ſtici portio, apicemque, qui tubam Euſtachia
ſpectat. Eſt compoſita duobus gyris ſpiralibus
dimidio, quo terminatur, et ſubſtantia oſſea medi
te in duas partes ſeparata. Etiam ob diuerſos
ros, quos facit, ſcalae tympani nomen habet.
veſtibulo et cauitate tympani per feneſtram rot
dam communicat. Qua minus accurata cochle
deſcriptione facta cochleae ſiniſtri lateris differe
indicatur. Humor ſanguinolentus, partes has
mectans, quo renouari queat, ex vaſis ſanguife
duo intrat canaliculos, quorum alter veſtibul
alter cochleam reſpicit. Ille maior in cranio, pr
cipue pyramidis temporalis facie poſteriori, ſub m
dia marginis eius ſuperioris parte per fiſſuram pa
uam tres lineas longam, dimidiamque latam ingr
ditur; veſtitus eſt dura matre, et vbi cranium intr
paruula, triangularis, ſemper aqua plena, et e du
bus durae matris laminis a ſe inuicem ſecedentib
nata, cauitas exiſtit. Canaliculus cochleam ſpect
in ſpiralis internae inferiori parte aperturam ſu
habet: eius vſus non, vti DU VERNEYUS, orificii iſtiu
deſcriptor, CASSEBOHMIUS et MORGAGNI put
runt, in vaſis ſanguiferi in cochleam immiſſion
ſed, vt COTUGNIUS docuit, ille ſupra indicatus. I
ternus eius ingreſſus ſub foramine meatus audito
p. 219. interni. Vaſa auris internae ſanguifera ab arte
ſtyloma ſtoidea, menyngea et carotide interna, qu
bus venae reſpondent; nerui a ſeptimo pare m
dullae oblongatae, cuius portio mollis tota inter
diſtribuitur, dura tympani chorda producta per fi
loma ſtoideum foramen externa petit, accuratius
neurologia deſcribendi. Auditus ex matheſi illu
ſtratur. Muſculi labio ſuperiori proprii ſunt elev
tor

tes eiusdem et alae nasi, incisiuus, caninus. Muscu- p. 222.
li labio inferiori proprii quadratus menti, et attol-
lens. Communes triangularis; zygomaticus in p. 223.
duas inaequales partes, quarum maior in orbiculari
finitur, minor autem pone triangularem se exten-
dit, diuisus, cui interdum alius minor, eandem di-
rectionem et connexionem habens, accedit; bucci- p. 224.
nator; nasolabialis et orbicularis. Membrana os
inuestiens, quum ab aëre non immediate attingatur, p. 225.
et continuo saliua humectetur, ab integumentis,
quorum continuatio est, leui solum differt super-
ficie. Intrinsecorum linguae musculorum tantum p. 227.
duo. Loco chondro-et vnius cerato-glossi, vt par-
tium hyoglossi, ceratoglossus magnus et paruus no-
minantur. Genioglossi sub geniohyoideis iacere p. 228.
dicuntur; vasorum arteriosorum et lymphaticorum
linguae, non autem venosorum, mentio; nerui a
maxillari inferiori, hyoglosso, et glossopharyngeo.
In sermone de loquela, qua parte literae pronun- p. 229.
cientur, et quid vna vel altera parte ad loquendum
faciente laesa faciendum, ostenditur. In mutis in- p. 230.
struendis Abbatis L'EPÉE methodus optima, in-
primis si cum illa PEREIRAE coniungatur. Parotis p. 232.
non truncum carotidis externae, sed temporalem
tegit. GALENVS, ORIBASIVS, BERENGARIVS p. 234.
Carpensis ante WHARTONVM ductum glandulae
submaxillaris descripserunt. Hic ductus ad ranulae
h. e. tumoris mollis, fluidam materiam continentis,
bubonique resoluto quoad consistentiam et colorem
similis, ortum plurimum facit. Glandulam sub-
maxillarem ab externis maxillaribus vasis perforari,
silentio transit Auct. commemorans tantum, eam
super arteriam labialem positam esse; ab hac et sub-
linguali ad eam mitti vasa; inprimis a priori insi-
gnem ramum, qui in glandulae amputatione cum
aliis submentalis et palatinae inferioris ramulis san-

guinem vi fundat. Ipſe poſſidet Auctor exemplo
p. 236. uvulae duplicis. In aliis exemplis vna uvula quo-
dem, attamen vna cum velo palatino ipſoque pa-
in duas partes diuiſa. Decem quidem eſſe fa-
tur in ſubſtantia veli palatini muſculorum para
minantur autem tantum periſtaphylinus in-et e-
p. 237. ternus, gloſſo-pharyngo-et palatoſtaphylinus. Pe-
riſtaphylinum externum vnco alae pterygoid
externae, et ſuperiori veli palatini parti adhaere
Eiuſdem muſculi vſum in eleuando velo quaere-
dum eſſe. Pharyngoſtaphylinus a pharyngis par
laterali pone gloſſoſtaphylinum ad partem later
lem veli palatini procedens, illudque deprim
videtur is, quem alii palatopharyngeum voca
p. 238. Palatoſtaphylinus non deſcribitur. Pharyngi tri
tur ſequentes muſculi; ſtylo-et petroſalping
pharyngeus; pterygo-periſtaphylino-ſyndesmo
pharyngeus ab apophyſibus pterygoideis, velo pe
dulo palatino, et corpore primae vertebrae ver
partem dimidiam poſteriorem pharyngis, cui com
muni tendine adnaſcuntur, producti; gloſſopha
ryngeus, hyo-thyro-et cricopharyngeus. De co
p. 239. phalopharyngeo ſilentium. Scutiformis cartila
etiam vocatur arytenoidea ſuperiorem laryngis pa
tem conſtituens. Arytenoideis tres facies, anteri
p. 240. poſterior et interna, tribuuntur. Epiglottis cu
folio portulacae comparatur. Ex glandula thyr
dea ductus humorem in laryngis cauum eius hu
mefaciendi cauſa deponere, eo probabilius eſſe, q
ſaepius glandula illa in actu parturiendi tume
Eiusmodi ductus ex glandulis arytenoideis, quae
cartilaginum iſtius nominis poſteriori haerent,
glandula, in epiglottidis interna facie ſita, pro
p. 241. In muſculorum laryngis deſcriptione eadem, q
in tota myologia, confuſio. Communibus nem
thyrocricoideus, (qui, ſi cricothyroideus alio
ad

ad, ad proprios muſculos pertinet, nec, vti contenitur, in myologia, in qua tantum de ſterno-et hyothyroideo, de quo poſteriori hic ſilentium, ſermo fuit, deſcriptus eſt): illis, qui ſingulis cartilaginibus proprii, gloſſoaritenoideus impar, et thyroepiglottici annumerantur; nulla de arytenoideis, arytenoepiglotticis, et hyoepiglotticis facta mentione. Occaſione cantus, de quo vltima verba, de caſtratione diſputatur.

IV.

Conſiderationes pathologico-ſemeioticae de omnibus humani corporis functionibus, quae per partes ſucceſſiuas ſub theſium forma propoſitae fuerunt per triennium ſtudii medici in vniuerſitate Biſuntina, auctore ac praeſide N. F. ROUGNON, Doctore medico, in eadem vniuerſitate profeſſore regio, ſcient. acad. Biſuntinae, nec non regiae ſoc. medicae Pariſiorum ſocio. Faſc. II. Veſuntione, typis I. F. Couché, vniuerſ. reg. typographi. 1788. p. 442. in 4.

Indicauimus huius praeclari operis faſciculum priorem *), adeoque noſtri officii eſſe putamus, vt de poſteriorem in lectorum noſtrorum notitiam prodire iubeamus, praecipue cum vterque faſciculus completum de pathologia ſemeiotica efficiat tractatum. Hic, quem indicamus, faſciculus, cuius lectio non poteſt non vtilitatem adferre iis, qui rectas de principiis artis ſalutaris notiones ſibi comparare cupiunt, nouem conſtat capitibus. Poſtea, quam Auctor Doctiſſimus de vita hominis phyſica atque de functionibus expoſuit, quae eius duratio-

*) Vid. Comment. Vol. XXIX. p. 643. ſ.

nem ſartam tectamque conſeruare ſolent, iam enumerat ſingulatim, et ſigna, quae medicum de turbatione harum functionum certiorem reddere poſſunt, et cauſas cognitas, vnde haec ipſae pendeant turbae.

p. 5. De *reſpiratione*. Hanc ſaniſſimam eſſe, quando ſequenti modo ſeſe habeat: debet exerceri absque vllo ſonitu et difficultate; lenta, et quieta eſſe adeo, vt vix animaduertatur thoracis motus; praeterea obſeruari inter ſingulas in- et exſpirationes aliquantulum perfectae quietis momentum; denique difficulter anhelosa fieri reſpiratio occaſione corporis motuum, aut ſaltem eius tranquillitas facillime a quiete corporis ſuccedente reſtitui. — Symptomata ſingularia, in reſpirationis functione contingentia, ſunt tuſſis, ſtertor, ſingultus, ſternutatio, oscitatio, riſus, fletus, incubus ſ. ephialtes. — Morbi, qui circa reſpirationis negotium obueniunt, adferuntur hi: aſthma, angina, hydrops pectoris, catarrhus febrilis, catarrhus ſuffocans, tuſſis ferina infantum, pleuritis, peripneumonia, vomica pulmonum, empyema, haemoptyſis, phthiſis pulmonalis, hepatitis.

p. 21.

p. 97. De *ſecretionibus* in *genere*. Has optime perſpicere iudicare licet ex debita qualitate ac copia ſecretionum ſenſibilium, nec non e conſtante ac illibato functionum omnium exercitio. Quibus omnibus conſideratis quoad mutuas relationes, indicatur non ſolum libera eſſe colatoria ſenſibus obuia, ſed et ea, quae ſenſuum aciem fugiunt; exindeque patet, optime eſſe conſtitutos humores ſecernendos per diuerſa haec corporis viuentis colatoria.

p. 101. De *ſecretionibus* in *ſpecie*. Saliua, humor oeſophageus, ſtomachalis, inteſtinalis, humor pancreaticus, bilis. *Icterum album* ſ. improprie dictum illam vocat conditionem cachecticam, qua facies aegro-

p. 108.

aegrotantis ſit veluti cerea, et colore pallido in flauedinem dilutiſſimam inclinante fere, ſicut in chloroſi, tingitur, et ſub qua praeterea ſigna quaedam apparent, quibus in chyli officina bilis penuria indicatur. Icterus verus ſ. proprie dictus. Synouia, cuius occaſione de anchyloſi, arthritide, rheumatiſmo verba facta ſunt. Humor trachealis et mucus narium: humor pericardii, pleurae, peritonaei etc. — Sudor et perſpiratio, ſimulque de adfectibus quibusdam cutaneis exponitur. Verum non putandum eſt, Auctorem hic de variis papulis et exanthematibus febrilibus egiſſe, quippe de quibus aptius exiſtimat actum iri, quando ad febres eruptiuas deuenerit. Quaedam duntaxat verba facit de naeuis, ephelibus, gutta roſea, ſcabie, herpetibusque, quippe quae frequentius inter mala cutanea occurrant. — Vrina. Hic diſſeritur de affectibus organorum vrinam ſe- et excernentibus, ſc. de affectione renum ſpaſmodica, nephritide, abſceſſibus vlceribusque renum, calculis cum renum, tum veſicae, dyſuria, ſtranguria, et iſchuria, vrinae incontinentia, diabete. — Humor ſebaceus; tinea; caluities et canities; cerumen aurium; humor lachrymalis, vbi de lippitudine agitur.

p. 109.

p. 159.

p. 161.

De *inhalatione*. „Nemo non nouit eam intus ſuſceptionem variarum materiarum, quae fit per ſolutam tegumentorum externorum continuitatem ſ. per vulnera, ſeu per morſus; cuius inhalationis exemplo videtur orta eſſe idea omnigenae morborum inoculationis. Sed et nemo neſcit, humanam cutem integram, internamque pulmonum ac inteſtinorum ſuperficiem inhalationi perinde aptam eſſe ac exhalationi ſeu perſpirationi.“ Aptum hunc locum eſſe ratus eſt Noſter, quo de variis miaſmatum formis ageret, quas miras conſtituit ſequentes; 1. miaſma magnetiſmi, animalis dicti; 2. m. electri-

p. 217.

cum

eum; 3. m. ignis calorifici; 4. m. aërum multiplex; 5. m. humidum; 6. m. ſcorbuticum; 7. m. ſporicum; 8. m. petiginoſum (*ſic*); 9. m. ſyphiliticum; 10. m. rabioſum; 11. m. viperinum; 12. m. puſtulae malignae dictae; 13. m. tarantulaeum; 14. m. peſtiferum; 15. m. varioloſum; 16. m. morbilloſum ſ. rubeoloſum.

p. 281. De *nutritione*. „Ex vario ſtatu nutritionis corporis humani licet mutuari plurima phaenomena pathologico-ſemeiotica, quorum alia reſpiciunt morbos, alia ſanitatem. Signa ſanitatis quoad nutritionem repetuntur 1. ex aequalitate inter adſumta et egeſta; 2. e perennitate congrui appetitus; 3. e conſtantia virium et corporis et animi; 4. denique e debito corporis habitu, qui praeſertim in vultu conſiderandus eſt.“ Sub hoc capite differit Noſter de tumoribus particularibus, qui nutritionem adauctam quaſi mentiuntur; de phthiſi dorſali; de cachexia ſ. tabe vel maraſmo, vbi et de atrophia, cachexia humida; rhachitide et hydrocephalo ſermo inſtituitur.

p. 303. De *functionibus animalibus*, quae impediuntur a vulneribus capitis, pericranii ſc. atque ipſius calvariae laeſione, effracti cranii fruſtris, apud adultos intropulſis, iuniorum cranii intropreſſione, ab extravaſatione, a commotione cerebri, illaeſo ſaepe cranio etc. Inter adfectus harum functionum poſſunt alii ſtipati eſſe delirio et febre, vti coma febrile et lethargus; alii delirio ſine febre. Melancholia; noſtalgia; mania; morbi conuulſiui; epilepſia; catalepſis; ſcelotyrbe. Affectus ſoporoſi ſunt carus, apoplexia, ſomnambuliſmus.

p. 377. De *pubertate* et *catameniis*.

p. 387. De *conceptione*, *grauiditate*, *abortu* et *partu*.

V. FRI-

V.

FRIDER. AVG. WALTERI, Med. Doct. annotationes academicae. Berol. apud Ge. Iac. Decker. CIↃIↃCCLXXXVI. pag. 115. 4.

Hae adnotationes, quas celeberrimi anatomici Berolinenſis WALTERI filius ſcripſit, circa duplex verſantur argumentum, polyporum vteri originem et ſubſtantiam, hepatis dein ſtructuram officiumque accuratius definiendum. Cum ipſe auctor multum ſtudii, laboris ac diligentiae in vtramque impendiſſe diſſertationem, et, qui compilationem variarum his de argumentis ſententiarum in medium proferre noluerit, cognitis potius incognita addidiſſe profiteatur; iure meritoque diligentius inquirendum eſt in id, quod tam magnifico proprii laboris praeconio dignum protulerit auctor. Et in priore quidem adnotatione primum de cauſa agit polyporum vteri, quae quamuis varia ſit et multiplex, tamen ex vno eodemque fonte ſuam ſemper trahat originem. Polypos poſſe oriri I. a miaſmate venereo, quando illud praecipue ad membranam uteri internam delatum ibidem vaſcula ad talem ſuccum praeternaturalem ſecernendum irritet: (ex GIRTANNERI vero experimentis ac ſententia miaſma venereum vltra vteri vaginam ad vterum vſque ipſum nunquam, niſi vulnus adſit, adſcendit: II. a materia quacunque acri, et III. a guttula quadam menſium aliusue humoris ſecreti in cauo vteri commorante, et ibi acrimoniam acquirente, praecipue ſi iam cauſa praediſponens mali venerei ſ. materiae cuiusdam acris in vtero adſit. Inde facile eſſe ad intelligendum, cur iam in fundo, iam in corpore, ceruice, ore vteri, iam denique in interna ſuperficie vaginae, quae cum interna vteri membrana eiusdem indolis

indolis ſit, polypi poſſint generari. Polypos uteri et vaginae non male cum verrucis comparari. Eodem fere modo oriri in ipſa uteri ſubſtantia tormenta *terrea*, qualia raro in ouariis et tubis, rarius in ligamentis latis alisque veſpertilionum, rariſſime in ligamento uteri rotundo inueniantur. — Omnes vero uteri polypos in vniuerſum naſci, ſi a vaſculorum membranae internae uteri extremitatibus ſuccus quidam luxurians ſecernatur coagulabilis, qui inde tenacior euadat et ſpiſſior, tandemque in veram telam celluloſam commutetur. — Diuiſionem polyporum uteri deſumtam ab *adhaeſionis*, *conſiſtentiae* et *exſtirpationis* varia ratione, ſi eam, quae *adhaeſionis* innititur, exceperis, inutilem, fictam eſſe, et anatomica cognitione deſtitui. Etenim cum ſubſtantia polyporum uteri et vaginae ſit mera tela celluloſa, haec autem nunquam carnoſa ſeu tendinoſa, inde patere, *polypos carnoſos* et *tendinoſos* fictum quid atque ſuperuacaneum eſſe. Quae autem porro aſſumantur ſpecies polyporum mucoſorum et tilium, quibus varia ſoleant ineſſe, eas quidem reuera inueniri, nihilo tamen minus ſuperuacaneas eſſe atque inutiles ad diuiſionem polyporum faciendam, quia diagnoſis modo poſt exſtirpationem eorum fieri queat. — Quintuplicem eſſe adhaeſionem polyporum uteri ac vaginae: alios enim fundo, alios corpori, alios ſuperficiei internae cerulcis, alios ori externo uteri, alios denique vaginae lateribus adfixos reperiri. — Cum tela celluloſa nil, niſi ſuccus gelatinoſus ſecretus, vi naturae condenſatus atque in ſolidum mutatus; ſubſtantia autem uteri nil, niſi *tela celluloſa et ſtupenda vaſorum multitudo* ſit, hinc haec ſubſtantia quoque ſuccus erit per arterias ſecretus. Inter *leges*, quibus ſecretio humorum innitatur, adfert etiam W. grauitatem ſpecificam arteriarum diuerſam, quae, ſi ob laxum horum vaſorum

ſtatum

ſtatum imminuta ſit, ſucci, in telam celluloſam laxam atque inelaſticam abituri, ſecretionem efficiat; at *robore* arteriarum et ſpecifica grauitate quocunque modo auctis ſuccum illum ſecretum telam celluloſam condenſatam atque magis elaſticam efformaturum eſſe. Semper celluloſam ceruicis et oris vterini eſſe condenſatam, quin adeo fere rigidam; hinc polypos quoque, ibi efflorescentes, hanc adſumere condenſatam rigidamque naturam; ſubſtantiam fundi corporisque vterini modo eſſe laxam, modo denſam, adeoque polypos ibi enatos aut laxos, aut condenſatos inueniri: denique omnes in vagina formatas polypoſas concretiones ſemper laxas eſſe, cum huius ſtructurae ſemper vagina particeps deprehendatur. Triplex igitur genus eſſe polyporum; primum *laxorum* h. e. quorum ſubſtantia non parum (multum?) differat a ſubſtantia placentae recens ſolutae; ſecundum *condenſatorum* h. e. quorum ſubſtantia haud diſſimilis ſit celluloſae vteri, inprimis feminarum, quae iam partum pergerunt; tertium denique *rigidorum*, h. e. quorum ſubſtantia ſimilis ſit ori vterino virginis. [Quod diuiſionis principium ab auctore hic propoſitum, quomodo differat ab eo, quod §. 15. adſeruerat inutile eſſe fictumque, nos quidem non videmus. Polypi enim laxi, condenſati atque rigidi inter ſe non niſi conſiſtentia differunt ſua. Antiquum igitur retinuit W. diuidendorum polyporum principium, alia tantum ratione effictum formatumque] — *Diagnoſin* polyporum primi ac ſecundi generis, in fundo, corporeue vteri reperiundorum, eſſe, quoad primos, valde difficilem et vix poſſibilem, cum os vteri externum inde neutiquam mutetur; quoad ſecundos, initio quidem ambiguam, progreſſu tamen temporis, quo per os vteri dilatatum deſcendant, poſſibilem. In ceruice atque ore vterino enatos polypos facillime

facillime esse dignoscendos, quoniam rite per digitum vaginae immissum facta exploratione facile detegantur, et quoniam ab iis vterus aeque, ac si in fundo corporeue eius haereant, mole augeatur sua. A polypis vaginae, quorum diagnosis nullo negotio fiat, increscere etiam vteri molem, vti per incrementum polyporum fundi corporisue. — *Exstirpationem non posse* adhiberi, quando radix polypi eam magnitudinem acquisiuerit, vt filo commode constringi nequeat; 2. quando in radice polyporum partes terreae depositae sint, quae constrictionem eius plane impediant; 3. quando ibidem liquidum gelatinosum, vel pinguedo, vel crines conineantur, quia tunc periculum sit, ne ligatura adstricta radix nimis subito dissecetur, sicque haemorrhagiae locus concedatur lethali. *Inutilem* denique fore exstirpationem, quando vasa ad secretionem materiae polyposae semel apta sint reddita, quia tunc exstirpatione peracta facillime rursus simile liquidum secernatur, vnde nouus oriatur polypus. — Quamuis periculosam, tamen semper suscipiendam esse hanc operationem. [Ex his etiam, quae de curatione polyporum differuit Auct. apparere putamus, non tam futile ac mancum esse diuisionis polyporum fundamentum, quod auctores varii ab exstirpationis possibilitate et impossibilitate, sit venia verbis, petierunt: quamquam id nobis persuadere in limine huius libelli cupiebat auctor.] — Huic dissertationi accedunt tabulae tres aeneae, quae vteros, vno excepto, omnes e virginibus desumtos, repraesentant, in quibus auctor noster polypos variae reperit consistentiae. Dolemus magnopere, quod non placuerit W. addere nonnulla de vita harum feminarum, e quibus probabilem de causis praedisponentibus et occasionalibus harum polyposarum concretionum coniecturam deducere liceat.)

Altera

Altera adnotatio in *hepatis* conſideratione ver- p. 41.
ſatur, et in tres deſcribitur ſectiones, quarum *prima* de hepate in vniuerſum et praecipue de eius ſitu in foetu agit. De vigeſimo ſecundo poſt conceptionem viſcera, nunc muci inſtar in conſpectum venientia, oculo armato contemplari poſſumus. Abdomen tunc ab hepate prominulum eſt, et vmbilicus magis verſus peluim ſitus reperitur; longitudo denique a capite ad vmbilicum vſque excedit illam, quae ab vmbilico ad calcem vſque pertingit. Aperto abdomine ſuperius nil, niſi hepar, inferius veſica vrinaria, in vrachum continuata, in oculos incurrit, reliquis viſceribus inde abſconditis: hepar dimidium fere pondus totius embryonis efficere, ſubſtantiamque oſtendere valde pulpoſam, mollem, ſpongioſam, interque digitos leniter prementes fere diffluentem: lobum ſiniſtrum tunc aeque, ac aetate adulta, minorem eſſe dextro: hepatis ſitum perpendicularem eſſe, ita, vt ſuperficies, quae in adulto ſuperior eſſe ſolet, anteriorem, inferior poſteriorem occupet locum: marginem eius inferiorem ad criſtam oſſis ilium deſcendere; poſteriorem hepatis ſuperficiem in concauam eſſe, vt extremitates eius fere ſe inuicem attingant; inde effici cauum; quo praeter veſicam vrinariam omnia reliqua abdominis viſcera contineantur: veſicam felleam collapſam, vacuam, et halitu quodam ſubtiliſſimo intrinſecus obtectam eſſe: vaſa vmbilicalia collapſa et anguſta: inteſtina tenuia ampliora eſſe craſſis, et paululum ſucco quodam diſtendi, contra ea craſſa reperiri contracta, minus ampla tenuibus, nulloque fluido repleta: proceſſum vermiformem inteſtini coeci longitudine quidem ſuperare illum hominis adulti, ratione vero capacitatis eodem modo ſe habere et minime figura eſſe conica; ileon totum amplius eſſe inteſtino colo, coecum igitur totum fere deeſſe: veſicam vri-

nariam longiorem, cylindricam, et cum vracho ſuo dem fere diametri: vrachum denique valde amplum, et ita diſtinctum, vt vltra dimidiam funiculi vmbilicalis partem illum proſequi poſſimus. — Hepatis incrementum celere ceſſare iam ſub finem menſis quarti poſt conceptionem. Cuius quidem rei cauſam in inteſtinis, et praecipue tenuibus ſolis fere quaerendam eſſe, quippe quae in dies magis meconio repleantur, atque id in craſſa inteſtina, huc vſque vacua detrudant. His etiam inde dilatatis, iam hepar eleuari, atque ſenſim ad horizontalem ſitum cogi: hinc veſicam felleam repulſam nunc magis ſurſum et antrorſum trahi. Vaſa vmbilicalia vſque ad finem quarti menſis collapſa et ſanguine propemodum vacua, nunc ampliora et turgida fieri: inde facile eſſe ad colligendum, ab hoc inde tempore plus ſanguinis ad hepar atque adeo ad totum embryonis corpuſculum deferri, quam antea; vnde hepatis ſanguinis maiore quantitate repleta propius ad ſe inuicem accedere: telamque celluloſam interiacentem comprimere, ſicque denſiorem reddere. Tota ſubſtantia vaſculoſa hepatis vi ſanguinis magis diſtenta, poros ſic dictos biliarios magis dilatari euolui atque ad ſecretionem bilis praeparari, ita vt a fine menſis ſexti vera bilis ſecretio incipiat. Ante finem menſis quarti minore ſanguinis copia per hepar ad reliquum corpus ducta, foetum ad hunc vſque menſem praecipue per os, poſtea autem per vmbilicum nutriri. Hepar in foetu ſimili fere defungi munere, quo in adulto corpore pulmones. Embryonis ſitum, vt primum ex ouario in vterum venerit, ſtatim eum eſſe, vt capite verſus inferiora ſpectet. Retinetenim funiculum vmbilicalem non in medio corpore, ſed ita poſitum eſſe, vt ſuperiora, ob capitis et hepatis ibi repoſitorum magnitudinem, grauiora ſint parte corporis ea, quae ſub vmbilico ſita eſt.

Altera

Altera ſectio veſicam felleam conſiderat, tribus membranis conſtantem. Quarum *exterior*, a peritonaeo veniens, inferiorem tantum veſicae faciem ſuueſtit, neruis omnibus caret, vaſaque ſanguinea non cum reliquis tunicis communia habet, ſed ab iis accipit, quae peritonaeo propria ſunt. Subeſt huic *neruea* ſic dicta, quae pauculis ramulis arteriae cyſticae, hic ſeſe terminantibus, gaudet, pluribus vero perforatur, venis atque neruis caret, vaſorum autem lymphaticorum compos facta eſt. *Intima* denique, eaque ob reticularem ſtructuram elegantiſſima, duplicem offert faciem, quarum exterior alba, mollis et ſatis robuſta eſt, interior autem cellulas variae figurae et magnitudinis efformat, quas eminentiae irregulares et plicae circumſcribunt, in quibus extremitates ſubtiliſſimae vaſorum conſpiciuntur. Nerui pulpoſi ſunt, et quaqua verſus in ſe finiuntur. Experimenta, ab Auct. cum hepatis embryonum, infantum adultorumque frequenter inſtituta, docuerunt: internam ſuperficiem veſiculae ad finem vſque ſexti poſt conceptionem menſis vbicumque leuem et quaſi politam eſſe; ab hoc termino autem aſperiorem fieri; excluſionis tempore denique, quo veſicula bile turgeat, ſcrobiculis eminentiisque ornatam comparere. Oculo armato conſideratam membranam veſiculae intimam in foetu trium, quatuor et quinque menſium tantum rete vaſculoſum in conſpectum venire: quae eadem vaſa poſthaec eminere, ſenſimque craſſiora fieri incipiant. Separatam a reliquis membranis habitum ſuum peculiarem nequaquam amittere, qui tamen, vbi in ductum cyſticum continuata eſt, ita commutetur, vt ſcrobes et cellulae obliterentur, vaſa ſanguifera, minus numeroſa, ductu magis ſimili, oſtiolis exhalantibus et reſorbentibus terminentur. Liquido colorato in ſolum ductum hepa-

p. 54.

ticum aut etiam in ſolam venam cauam ductu
ſi nullus fuerit tranſitus in vllum aliud vas
ne minimus quidem in interna veſiculae
membrana ſurculus apparuit tinctus. In ſolam
teriam hepaticam iniecta materia colorata,
internae membranae veſiculae vaſa repleta
nullo etiam in reliquum ſyſtema vaſorum
facto tranſitu. In ſolam venam portarum
teria colorata tranſiit in copioſiſſima internae
branae veſiculae vaſa. Denique liquido
in venam portarum, aliter tincto in arteriam
ticam intruſo, vaſa dupliciter picta in hac
na apparuerunt, ita, vt arteriae facillime
diſtingui poſſent. Inde igitur colligi poteſt,
cauam et ductum hepaticum ne minimum
culam mittere ſurculum, arteriam hepaticam
arterioſos, venam portarum venoſos huic
tribuere; hos copioſiores eſſe illis, atque
etiam ſua valde ab illis recedere, quippe
rectiores inter venarum plicas et flexuras
partim ſuper venas decurrant, et vt vaſa
euaneſcant, partim vt vaſa exhalantia
in veſicae cauo finiantur. Praeter haec
porus aut folliculus vere glanduloſus in
cae vel oculis armatis diſtingui poteſt,
ipſam ſecerneret, vel veſicam felleam
geret. — Ductus hepato - cyſticos vel
eſſe, vel plane nullos. — Valuulae 3 vel 4.
cyſtico praeſentes, interdum ſemilunaris,
irregularis figurae, a duplicatura membranae
nae ortae, ingreſſum bilis quidem permittunt,
greſſum vero difficiliorem reddunt, imo
praeſertim cum bilis nimium viſcida eſt, plane
pediunt, atque calculorum biliariorum ortui
nem praebent. — In vniuerſum poteſt veſica
variis morborum generibus exponi.

ſilos enim, ibi generatos, poteſt in fundo poſt exulcerationem cum inteſtino colo concreſcere; colibi ita, vt inuentu fuerit difficilis; quoad ipſius tunicas intumeſcere atque craſſiorem fieri; lapillo inter plicas ductus cyſtici haerente, atque ita influxu bilis in veſiculam impedito, a fluido albo, limpido, lymphatico, per vaſa exhalantia ibi depoſito, et *oſtiolis venae portarum reſorbentibus non attracto* veſicula dilatari valdopere atque extenuari; hydatidibus denique in huius veſicae cauo interdum, quamquam rariſſime, locus concedi, etc. (Huic vltimo morbo ſimilis hiſtoria legitur in *Breslau. Geſchicht.* Verſ. 25. p. 303. Caeterum poterant hisce veſiculae morbis alii multi addi v. c. diſruptio, eamque ſecuta mors, oſſificatio, bifurcatio etc.) — *Vaſa lymphatica hepatis non per fluidum extrauaſatum, in celluloſa hepatis depoſitum tingi, ſed liberam anaſtomoſin cum ductu hepatico habere.* — *Tertia* denique *ſectio* ſtructuram intimam vaſculoſam hepatis exponit. Vaſa nempe quintuplicis generis, venae cauae, et portarum, arteria hepatica, vaſa lymphatica (haec nunc e tela celluloſa hepatis oriri adſerit, cum antea p. 72. id diſertis verbis negauerit, anaſtomoſi libera ipſis cum ductu hepatico adſignata.) et ductum excretorium, denſa tela celluloſa inuicem connecta, circumdari membrana, quae hepatis propria appelletur, et a peritonaeo veniat (at haec potius exterior eſt, diuerſa propria). Hanc membranam non a ſubſtantia hepatis, ſed a vaſis peritonaei, ſcilicet a mammaria interna, eiusque ramo epigaſtrico, et phrenicis, epigaſtricis, interlumbaribus et intercoſtalibus vaſa accipere. Subſtantiam intimam hepatis vaſculoſam eſſe ſubſtantiam ſui generis. De vaſis hepatis quintuplicis generis quaeſiuit experiundo, an etiam quintuplici diuerſo officio fungerentur. Vidit in luminibus *venae portarum* oſtiola patula

p. 72.

p. 86.

p. 92.

arteriae hepaticae ſe in ipſam venam portarum ... rientia, per quae liquidum in truncum arteriae ... paticae iniectum in ramos venae portarum ... ramulos venae portarum totam fere hepatis ... ſtantiam vaſculoſam conſtituere, eorumque ... butionem in ramulos eſſe complicatam, atque ... rum fines eſſe vel anaſtomoticos cum vena ... vel cum ductu hepatico. Fines venae portarum ... omnino omnes compreſſos atque intumefactos ... apparere, ita, vt hoc criterio venae portarum ... ab omnibus aliis huius viſceris vaſis diſtingui poſſ... *Arterias hepaticas* minus copioſas eſſe, et directio... ſimpliciori procedere, quam ramos venae portarum ... partim canalem venae cauae, venae portarum, ... ductus hepatici tanquam rete vaſculoſum ſubtili... mum circumdare, aut in tela celluloſa hepatis ... vt illam nutriant, partim ſub forma ſtellularum ... reliquam hepatis ſubſtantiam ſeſe diſpergentes ... mulos venae portarum perforare, ibique liquid... quoddam ad bilem magis perficiendam idoneum ... cernere. Ramos *venae cauae* neque tam ſubtile... neque tam copioſos eſſe, quam ramos arteriolo... aut venae portarum, eorumque directionem ſimpli... cem et fere perfecte rectam eſſe, atque in maiore... tantum ramos colligi, qui cum vena portarum con... iungantur. Ductum hepaticum ſimilem eſſe quoa... directionem ſuam arbori arefactae, h. e. truncos non ... admodum multos, neque ſubtiles, neque cylindri... cos, ſed potius compreſſos ſpargere ramos. In trun... culos maiores *ductus hepatici* venae portarum finem ... ſecretorios penetrare, minimosque fines huius duc... ctus ſe *cum vaſis lymphaticis* coniungere. (Hoc ve... timum ſi verum eſſet, certe WERNERO et MASCA... GNIO, qui non raro lymphatica hepatis vaſa inuerit... impleuerant modo, accidiſſet, vt mercurium in duc... ctu hepatico inuenirent. Quod nunquam ipſis euen... nit.)

it.) Vaſa omnia nec in omni hepatis ſuperficie inuicem anaſtomoſes inire, quot in intima hepatis parte, ſed tantum in quibusdam locis, nec ibi oriri, ſed inde reflexa ad intimam viſceris ſubſtantiam migrare. Quibus obſeruationibus enarratis p. 109. WERNERO AC FELLERO litem intendit de illo modo vaſorum rete, quod in vtraque hepatis ſuperficie pro rete vaſorum lymphaticorum depingendum curarunt. Contendit enim, omnia haec, pro lymphaticis repraeſentata, vaſa eſſe ſolam venae portarum diſtributionem, quoniam, etiamſi iniectio felicissime ipſi ſucceſſerit, maiores tantum truncos vaſorum lymphaticorum, minime vero illam ſtructuram arboraceam inuenerit. (Quod argumentum, ſit pace Auctoris noſtri dictum, admodum fallaciosum, et a modeſtia alieniſſimum eſt, quae iuuenem inprimis decet. Quoniam enim *ipſi*, qui tamen in arte, lymphatica vaſa iniiciendi, admodum rudem inexpertumque ſeſe multis in locis prodidit, perperam viam ingreſſo non contigit, vt hoc lymphaticorum rete iniectione repraeſentaret, ergo id nec CRVIKSHANKII, SHELDONI, MASCAGNII, SOEMMERINGII, MECKELII, vt de noſtris conatibus omnino taceamus, efficere potuerunt!!) Porro hoc ipſi argumentum contra WERNERVM eſt, quod ipſi acciderit, per tubulum in quemlibet truncum lymphaticum ligamenti ſuſpenſorii hepatis mercurium viuum mittenti, vt trunculi venae portarum replerentur. (At, quae mercurii viui vis atque copia in Wernerianis iniectionibus neceſſaria erat, ſi haec via per lymphaticum truncum ductus hepatici furculi, atque inde demum ſyſtema venae portarum iniectum fuiſſet. Mercurii vero copiam non tantam fuiſſe, nos poſſumus adſerere, qui illis experimentis adfuimus.) Tertium denique, quo contra WERNERVM atque FELLERVM pugnat, argumen-

tum inde petitum eſt, quod expertus ſit Au
quando hepata obſtructa atque praegrandia p
lam venam portarum iniecerit, nullum fuiſſe
tum in vllum vas hepatis: hinc truncolos
pro vaſis lymphaticis habitos nil niſi ramos
venae portarum. (In quo an ſit concludendi vi
deant alii.): et cum „*in iuuenili ardore* (ſcilicet
duumuiri XXX annos, Auctor noſter vero XX
circiter exegerat, cum opera ſua publicarent:
magnam videlicet aetatis differentiam!!)" non
curate et rite examinarent, elegantiſſimum quid
fictum rete delineandum curaſſe." Cum porro
lymphatica veſicae felleae RVYSCH, NVCK, CO
TIAL, VIEUSSENS alii; vaſa lymphatica conc
ſuperficiei hepatis, eorum decurſum, coniun
nem cum vaſis lymphaticis inteſtinorum, diffu
nem in cyſternam lumbarem; vaſa lymphatica
perficiei ſuperioris, praecipue eorum adſcenſ
inter ligamentum latum hepatis, ad thoracem,
iunctionemque cum vaſis lymphaticis mamm
LOCQUET, CASSEBOHM, PETSCHKE et BOEHM
detexerint et bene deſcripſerint, valde miratus
praecones literarum in *omnibus* nouellis hanc
antiquam, fere obliuioni traditam, tam *Ipſi* Auct
quam omnibus anatomicis *longe notam*, vt rem
vam admiratos eſſe, et gloriam inuenti his duo
Lipſiacis iuuenibus, a patribus inter anatomicos
claris procreatis, neque tanto cadauerum num
abundantibus, tribuiſſe. (En hic canem, quod
ſepultum! Modo iidem literarum praecones
dem rem antiquam WALTERO noſtro tribuiſſ
p. 105. tunc haud dubie aliter erat res comparata.) — E
antecedentibus varia deducit corollaria, quae
poſſumus non cum lectoribus noſtris communica
re: 1. arteriam hepaticam partim nutrire hepar, pa
tim aliquam bili neceſſariam partem ſecernere
que

ue ſecretam in venam ipſam portarum deponere. Venam portarum, vti vnicum ſit vas bilem ſecernens, ita chylum aeque ac vaſa lymphatica reſorbe-, totumque hoc reſorptionis negotium ab hac ena perfici, quando vaſa lymphatica et glandulae nteſtinorum meſenteriique omnes infarctae atque duratae ſint. (Quod adfert exemplum viri, cum oc glandularum vaſorumque lymphaticorum vitio men valentis, e cuius cadauere Auctoris pater in io theſauro anatomico duas inteſtini ieiuni porunculas adſeruet; illud opinionem hanc non extra nnem dubitationis aleam ponit. Etenim hic ſtatus praeternaturalis eſt, quem natura, vti potuit, endare ſtuduit: inde vero qui ad ſtatum naturalem concludere voluerit, vt valde erret, neceſſe ſt.) 3. Vſus ramorum hepaticorum venae cauae, praecipue anaſtomoſeos cum vena portarum eſt ic, vt per illos aeque, ac per ductus excretorios vel anguis ad ſecernendam bilem ineptus, vel chylus vena portarum reſorptus, ſtatim ad ſanguinem ducatur. 4. Vaſa lymphatica hepatis reſorbent et liquidum ab arteriis in telam celluloſam viſceris huius depoſitum, et ſuccum nutribilem bili iam ſecretae innatantem. — Denique et de origine et cauſa nonnullorum hepatis adfectuum, quos vberius pertractare aliquando Noſter promittit, quaedam addidit, e quibus vnum idque vltimum delibare tantum poſſumus. Nempe cauſas inflammationum, p. 112.
vicerum, ſteatomatum, melicerum, indurationum et calculorum hepatis in *ſolo ſyſtemate arterioſo* huius viſceris habitare.

VI.

Lezioni intorno ai mali della veſcica orinaria, e delle ſue appartenenze. Ad uſo della Regale Univerſità di MICHELE TROJA, chirurgo

di camera di S. M. il Re delle due Sicilie, Tomo I. Colla giunta di una memoria [illegible] costruzione dei Cateteri flessibili, e di [illegible] altra sorta di tuti pieghevoli, onde la Chirurgia potessa aver bisogno; ed in particolare di quei, che si fanno di seta, e che [illegible] cuoprono di Resina Elastica di Cajenna, o di altra sostanza. Napoli MDCCLXXXV. Nella stamperia Simoniana. Con licenza de' Superiori. 8. pagg. 308. absque dedicatione, praefatione et indice. Tabb. aeri inciſae 2. *)

In dedicatione ad reginam Siciliae gratus exarat Cl. Auctor, sibi demandatam esse prouinciam docendi curationem horum morborum ex eadem cathedra iam restaurata, quam celeberrimus olim MATRIANVS SANCTVS, conterraneus suus, primus occupauerit. Quum ergo in recens constituta Neapolitana vniuersitate in nosocomio regio incurabilium de morbis istis sibi esset agendum; satius duxit vberiori eosdem tractatione exponere, quam per aphorismos. Inde praesens enatum opus, duo volumina et in his sectiones tres complexurum: primum de morbis renum et vreterum: secundum de morbis vesicae vrinariae; tertium de morbis vrethrae. Et primum quidem, quod iam indicamus, volumen sectionem primam comprehendit, et lectionibus sex absolutam. Lec-

*) MICH. TROJA *über die Krankheiten der Nieren, der Harnblase und der übrigen zur Ab- und Aussonderung des Harns bestimmten Theile. Ein Auszug aus dem Italiänischen. Leipzig* 1788. *in der Weigandschen Buchhandlung.* 8.

DESS. *Unterricht über die Krankheiten der Harnblase und der damit in Verbindung stehenden Theile, aus dem Italiänischen übersetzt, mit Anmerkungen versehen von* C. H. SPOHR. *m. K. Erfurt bey G. A. Keyser* 1788. 8.

Lect. I. Fabrica renum et vreterum. Appoſite, habito ſubinde reſpectu ad morborum harum partium aetiologiam. p. 1.

Lect. II. Vulnera. Inflammatio cum ſuis ſequelis. *Laxatio renum.* Vulnerum renum ſigna: ea non ſemper incurabilia eſſe contra effatum CELSI. Curatio: deligatio vel ſicca vel cum balſamicis, praecipue oleo terebinthinae; remedia vnctuoſa in omnibus renum vulneribus conuenire: dilatatio, vbi opus fuerit; haemorrhagia ſiſtenda; ſitus aegri lateralis; reliqua auxilia. Vulnera, ſclopetis inflicta, periculoſiora. Contuſio eiusque curatio. Inflammationis ſigna; diagnoſis ab enteritide, lumbagine inflammatoria, aliisque lumborum doloribus; cauſſae vel externae corpori applicatae (inter quas etiam diuturnus decubitus ſupinus in lecto molli et facile cedente), aut in illud ingeſtae, vel internae; prognoſis; curatio per ſanguinis miſſiones crebras et hirudines, clyſteres, laxantia leniora (in his etiam ſalem polychreſtum, quem nos quidem, vt omnia ſalina, reformidaremus), balnea, infuſiones plantarum emollientium et anodynarum (ſub debita tamen, vbi parcius fluit vrina, cautione), diaetam, ſitum conuenientem, opiatorum leniorum circumſpectum vſum; cautiones in vomitu ſpontaneo iuuando; materia arthritica ſi morbi cauſſa fuerit, ad pedes reuocanda; febris eſſentialis, tempeſtiuum et largum corticis peruuiani vſum exigens (commendatur recens tractatus Cl. LETTIERI de eius vſu in febribus acutis). Gangraena renum. Abſceſſus: eorum ſigna; prognoſis; curatio: emollientibus internis et externis puris generationi ſuccurrendum, ac dein eius egreſſus vel per vreteres motu muſculorum abdominis, dorſi et diaphragmatis iuuandus, vel inciſione illud euocandum, etiam vbi profundius haereat; ferrum cauſticis praeſtantius. Scirrhus, eiusque p. 19.

pro-

progreſſus in cancrum: curatio, ſed nonniſi in principio ſperanda: remedia palliatiua. Renes [illegible] moti (luxationem dicit Cl. Auctor), vel ob indolem propriam ſcirrhoſam, vel ob viſcera adiacentia [illegible] durata.

p. 53. *Lect. III. Calculus in genere. Cutulus renalis.* Varia de calculis eorumque elementis in diuerſis animalium partibus: eorum ſtructura, grauitas ſpecifica, analyſis chemica; omnia bene ex recentioribus tradita. Cauſſae eorum: partes terreas illasque heterogeneas cum alimentis et potulentis ingeſtas, terram calcaream ad geneſin oſſium neceſſariam et circulatione detritam, et forte plura principia adhuc incognita, inter quae aer fixus, ad formanda eorum initia concurrere. De calculis renalibus ſpeciatim: cauſſae praediſponentes, diuerſitates; an alteruter renum magis iiſdem obnoxius ſit? diagnoſis difficillima; ſigna voluminis calculi, eiusdemque in vreteres et veſicam tranſeuntis; ſigna calculorum in infantibus; effectus illorum cum in locis affectis, tum remotioribus; prognoſis. Omnia egregie, adductis vbiuis ex auctoribus exemplis. Curatio in tempore paroxyſmi nephritici eadem, quae nephritidis: in morbo ſub ſpecie febris intermittentis, exemplum ex MORTONO; in hyſteria nephritica; in calculo cum arthritide complicato. Curatio extra paroxyſmum: calculi incrementum impediendo, eiuſdem volumen minuendo, deſcenſum iuuando, aut ſaltem cauendo, ne partibus affectis damnum inferat. Exemplum ſacerdotis, in quo continuatus per plures annos ſingulo mane decocti mahuae vſus excretionem calculorum minorum multo faciliorem minusque dolorificam reddidit. Praeſtantia methodi Cl. POTT*) in ſitu aegrorum membris fractis decumbentium, ad praecauendum calcu-

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XVII. p. 662.

calculum. Cautio in motu corporis ſubiectis obeſis ſuadendo, ne concitatiore calculus ex renibus in vreteres ſolito anguſtiores detrudatur. Faſciarum in infantibus calculoſis noxa. Exemplum mortis a retentione vrinae per obturatum a calculis vtrumque vreterem poſt copioſum vſum aquarum caſtilionenſium inſulae Aenariae, a Cl. COTVGNIO obſeruatum. De ſabulo et vrina ſanguinea calculoſorum: relatio SYDENHAMI de proprio morbo.

Lect. IIII. Calculum ſoluentia. Nephrotomia: fiſtula renalis. Vlcera renum. Lithontripticorum varia genera: acida; (aëris fixi nulla facta mentio:) effectus a recens inuento ſapone acido ſperandus (cui tamen recentiſſima experimenta a Cl. CARMINATI extra corpus inſtituta non adeo fauere videntur *); alkalina; remedium feminae STEPHENS; aqua calcis (prolixe omnia ex notiſſimis auctoribus); aquae medicatae (pauca tantum de experimentis Cl. TENON **), et ſimilia inſtituta cum diuerſis aquis medicatis Italiae, ſolutione ſalis anglici, decoctis ſcillae et corticis quercus, ex quibus conſtat, calculos duriores maxime ſolui ab aqua ea, quae *Media di Caſtellammare di Stabbia* dicitur, et teneriores a decocto ſcillae, quod duriores intactos relinquit); qua vrſi. Regulae quaedam in adhibendis his medicamentis ſeruandae. De iniectionibus in veſicam. De nephrotomia. Hiſtoria huius operationis, auctore Cl. HEVIN ***). Exſtirpatio renis, in canibus tentata, in homine incredibilis. Quando nephrotomia peragenda ſit: in abſceſſu ſeu tumore vrinario ad lumbos formato, aut vbi calculus exteriora verſus p. 128.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXI. p. 587. Conf. etiam *Medic. Bibliothek, herausgegeben von* I. F. BLUMENBACH, 3. *B.* 1. *St. S.* 133.

**) Comm. noſtr. Vol. XVII. p. 259.

***) Eorumd. Vol. VIII. p. 210.

ſus viam ſibi parauerit, aut calloſitas quaedam cum cicatrice ad lumbos adeſt, indicio, olim iam exſtitiſſe vlcus in ea regione. An etiam, nullo extrinſeco ſigno in lumbis praeſente, nephrotomia inſtituenda ſit? affirmare Cl. Auctor videtur. De fiſtulis renalibus, et neceſſitate eaſdem ampliandi apertasque ſeruandi. De vlceribus: earum cauſſae; ſigna; diagnoſis ab vlcere veſicae; ſequelae; prognoſis; curatio.

p. 190. *Lect. V. Morbi, in quibus vrinae curſus interrumpitur.* Diſcrimen neceſſarium inter iſchuriam renalem ſeu ſpuriam, et veſicalem. Prioris diſtinctio in ſuppreſſionem vrinae, vbi non ſeparatur in renibus, et eiuſdem retentionem, quae ſi contingit in pelui renum et vreteribus, huc pertinet. Cauſſae ſuppreſſionis vrinae, vel in renibus ipſis, vel in partibus remotis; effectus eius; prognoſis; curatio. Retentionis vrinae in pelui et vreteribus cauſſae, ſigna, curatio. Rariora vreterum vitia, iſchuriae cauſſae. Diabetes, isque vel ſpurius vel verus. Eius cauſſa, magis in maſſa vniuerſa humorum, quam in renibus quaerendae; ſigna; effectus; prognoſis; curatio.

p. 224. *Lect. VI. Variae dolorum ad lumbos ſpecies. Abſceſſus lumbaris. Aneuryſma lumbare.* Diſtinctio nephralgiae a colica, nephritide, lumbagine. Diuiſio nephralgiae in eam, quae a conſenſu cum aliis partibus, quae a cauſſis externis et in propinquitate renum poſitis, et quae a cauſſis in ſubſtantia ipſa renis oritur. In enumerandis cauſſis ex prima claſſe enarrat Cl. Auctor exemplum iuuenis, qui, ab applicato carnis luxuriantis cauſſa igne ad hallucem, primo dyſuriam ac dein dolorem ad lumbos diutius durantem expertus eſt. Lumbaginis variae ſpecies et cauſſae. Abſceſſus pſoadicus, aliaeque ſpecies abſceſſuum lumbarium. Tumor a ſanguine per violentiam externam extra vaſa miſſo, vt abſceſſus tractandus,

ſtandus, ſed probe ab aneuryſmate aortae deſcen-
dentis diſtinguendus; huius ſigna, ſymptomata,
prognoſis. Haec omnia ex variis auctoribus conge-
ſta dilucido ordine expoſuit Cl. Auctor: ſed quum
nobis nihil contineant, ſingula tantum indicaſſe
ſufficiat.

Properamus igitur ad *commentarium de conſtru-* p. 261.
ctura catheterum aliorumque tubulorum flexilium, qui
ad ſecundum quidem operis tomum pertineret, ſed
prae ſua mole primum nimis ſuperaret, hic ſubiun-
ctus eſt. Varii modi eorum ab AVICENNA, FABR.
AB AQVAPENDENTE, HELMONTIO, SOLINGEN,
GONCALLI, LAPI excogitati, et partim in Tab. I. de-
picti. Cl. MAYER, chirurgus legionis praetoriae hel-
veticae in exercitu ſiculo, ex filis argenteis inter ſe
contortis catheterem flexilem confecit, idea de-
mota a fraeno turcico ſimili ratione confecto.
Catheter ſolidus argenteus ex mente Cl. PETIT in-
ventus; cui tamen inuentionem non deberi, vel icon
catheteris aenei, maximi ex his, qui in ruinis diru-
tae vrbis Pompeiorum inuenti in muſeo regio ſer-
vantur, demonſtrat. Iam in celebratiſſimo opere
gallico, *Encyclopédie*, antequam Cl. THEDENI inuen-
tum innoteſceret *), cui tamen gloriam proprii in-
venti non derogat, Cl. Auctor reſinam elaſticam
vſibus chirurgicis accommodandam propoſuerat,
ideasque ſuas celebri Pariſienſium artifici BERN-
ARD **) iamtum in catheteribus flexilibus fabri-
candis occupato communicauerat, qui reſina ad
eos conficiendos vſus eſt, quos Cl. Auctor praeſtan-
tiſſimos omnium declarat. Quum vero artifex mo-
dum

*) RICHTER *chirurg. Bibliothek*, 4. *B. S.* 530. THEDENS *neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der Wundarzeneykunſt und Arzeneygelahrheit*, 2. *Theil*, *Berlin und Stettin* 1782. 8. *S.* 143.

**) Journal de Médecine — T. 58. p. 90.

dum eos parandi reticeat, Cl. Auctor eum de compositione expiscari studuit, et qua ratione fila sericea in cylindrum cauum texenda sint, addita in Tab. II figuris describit. Ast quum solutio resinae in aethere vitriolico nimis caro pretio esset, tentavit primo non sine successu solutionem in spiritu terebinthinae ac deinde in aqua taedae destillata (*aqua di raggia*), cuius octo vnciae vnciam dimidiam capiunt, colaturaque fortiter expressa adhiberi possunt. Solutio gummi laccae in spiritu vini rectificato quomodo ad obducendos cylindros sericeos adhiberi queat. (Catheteres Cl. PICKELII *) Auctori nostro incognitos arbitramur.) Vsus catheterum aliorumque canalium flexilium in chirurgia.

p. 296. Tandem claudit hoc volumen *examen chemicum calculorum vrinariorum*, Auctoribus Cll. SCHERLE et BERGMAN **), in linguam italicam versum ex *Opuscoli scelti sulle scienze, e sulle arti*, T. 6. Milano 1783.

VII.

Abregé chronologique pour servir à l'histoire de la physique jusqu'à nos jours, par Ms. DE LOY, de la Societé oeconomique de Berne. To. I. Jusqu'à 1666. à Strasbourg chez l'auteur et à Paris chez Lami. 1786. pagg. 332. To. II. 1787. pagg. 398. To. III. 1789. pagg. . . . 8.

h. e.

Breuis conspectus chronologicus historiae physices, ad nostra vsque tempora, conscriptus a DE LOY. Argent. to. I -- III. 1786. -- 789. 8.

Auctor hoc in opere maxime memorabilia inuenta, inde ab anno CIƆIƆLXXXIX. in physicis facta, ordine

*) RICHTER *chir. Bibl.* 6. *B. S.* 512

**) Vid. Comm. nostr. Vol. XXV. p. 75.

rdine chronologico indicat, vt hoc modo, vno uasi obtutu, fata atque conditio huius doctrinae ab illo inde tempore cognoſci poſſint. In *primo* vo-umine, quod annos CIↃIↃLXXXIX vſque ad CIↃIↃCLXII. complectitur, nouem inprimis me-moratu digna inuenta, tanquam totidem epochae conſtituuntur; ſcilicet CIↃIↃLXXXIV. GALILEI de-ctio legum, quibus labentia corpora adſtringun-ur; CIↃIↃLXXXX. teleſcopii atque microſcopii uentio; CIↃIↃCV. STEVINI obſeruatio, quod uida verſus omnes directiones preſſionem aequa-lem exerceant; CIↃIↃCIX. KEPLERI determina-o orbitarum, quas planetae circa ſolem deſcribunt, tionisque temporum circumuolutionis ipſorum d diſtantiam, quae ipſos inter et ſolem intercedit; CIↃIↃCXXI. thermometri inuentio, veſtigiaque no-onis de aëre dephlogiſticato, aërei atmoſphaerici arte conſtitutiua; CIↃIↃCXXXI. CARTESIVS fu-e vacui ſubſtituit aëris preſſionem; CIↃIↃCXLIII. rometrum, efformatioque ſpatii vere vacui; CIↃIↃCXLVII. PASCALIS obſeruatio, quod mercu-us in barometro eo profundiorem obtineat lo-um, quo magis ſupra ſuperficiem maris eleuatur ſtrumentum; denique CIↃIↃCLIV. antliae pneu-aticae, globulorumque ſulphureorum ad electri-atem producendam inuentio. — Facile eſt ad in-elligendum, hasce epochas variis premi difficulta-ibus: etenim nimis breuia ſunt temporis ſpatia, quibus a ſe inuicem ſunt remotae; deinde quoque ia, eaque notatu digna inuenta v. c. lex refractio-is SNELLIO detecta etc. ſilentio praetermiſſa unt, quae tamen aeque ac illa commemorata epo-hae definiendae honorem merebantur. Haec ta-men eo minus vrgere cupimus, quo magis cuilibet lectori permiſſum eſt, vt ipſe in tam breui LXXIII. annorum periodo epochas finire poſſit. —

Ad ſingulos annos Auctor ea, quae ad phyſicen ſpectant, hisce ſex titulis comprehendit: *experimenta, obſeruationes, meteora, theoriae, inuenta* [illegible] *nae*, laudatio denique *librorum*, qui ad mechanicam, aſtronomiam, chemiam et phyſicen pertinent, vnaque in hoc opere maxime memorabilia adducuntur. Qui quidem libri, vt hoc ſtatim moneamus, admodum negligenter adducuntur, quoniam multi, qui commemoratione digniſſimi erant, omiſſi, aliorum autem tituli manci exhibiti ſunt, v. c. p. 252. OSWALD. KRÜGERI *oculos*. Wilnae. p. 271. NIC. GEDANENSIS, Prof. diſquiſitio magnetica. *Danſici*. S. 2[illegible] BALTH. CONRADI, Niſſa-Germani, *ſiue* Propoſitiones etc. — Iam de contentis libri agamus ita, vt ſtatim ſubiungamus obſeruationes, quas e magno numero ſelegimus, et quibus hoc opus emendari atque augeri facile poteſt. — Hiſtoria optices in[illegible] ab antiquiſſimis temporibus vſque ad annum CIƆIƆ[illegible] deducta. (In qua quidem facile poteſt animadu[illegible] Auct. plerumque ſua non e fontibus ipſis, ſed e [illegible] vulis non ſemper limpidiſſimis v. c. DVTENSII libr[illegible] *Origine des decouvertes attribuées aux modernes*, [illegible] ſiſſe. Hisce riuulis exſiccatis, non habet, Auct[illegible] vnde ſuos irriget hortulos. Sic v. c. altum ſilentium p. 12. de doctrina EVLERI de natura lucis, iam A[illegible] STOTELI nota etc. Eiusmodi obſeruationes libentius in hac optices hiſtoria lecturi eramus, quam diſquiſitionem antiquariam (p. 16. ſſ.) de antiquitate, flexibilitate atque malleabilitate vitri.) — P[illegible] 73–78. fata mechanices ab anno D. a. Chr. nat. [illegible] STEVINI vſque tempora enarrare, et p. 87–10[illegible] aſtronomiae hiſtoriam tradere conatur Cl. DE LO[illegible] Ad tales diſquiſitiones Noſter cogebatur eam [illegible] cauſam, quod quamquam contendebat, tempora [illegible] GALILEVM in phyſices hiſtoria mythologicae [illegible] tis nomine inſignienda eſſe, tamen negare non po[illegible]

p. 11–37.

rat, ante hunc in mathematicis et phyſicis erudi-ſſimum Italum inter Graecos, Romanos Arabesque ultos extitiſſe viros, quorum cognitio rerum ad hyſicen pertinentium haud contemnenda erat. Sed hac in re quis iudex ſedere poſſit iuſtus aequusque, gnitione opus eſt linguarum veterum, qua carere detur Auctor noſter. In hiſtoria aſtronomiae, in DVTENSIVM ducem ſecutus eſt, deprehendi-us lacunam inde ab anno CXXXV. p. Chr. nat. vſ-ue ad CIↃIↃXLIII. Maurine, quos tamen feruidos ius doctrinae amatores fuiſſe conſtat, plane nihil eam magis magisque excolendam contulerunt? teratne de COPERNICO, praeter id, quod breuiter poſitum eſt, nihil aliud commemorari? Pag. 110. ſo adſcritur, ANTON. de DOMINIS (alterum prae-men MARCI deeſt) primum fuiſſe, qui rectam lis demonſtrationem dederit. Etenim IOS. RO-X. BOSCOWICH in annotationibus ſuis ad CAR. OCETI *comm. de iride et aurora boreali* oſtendit, IT. MARC. DE DOMINIS tantummodo hoc vidiſſe, os ſolis, a globulo vitreo, aqua pleno, exceptos, rtim per hanc aquae maſſam penetrare, partim illa reflecti, atque ſub duorum conorum forma e exire. — Pag. 113. debebat tertii libri adducti ctor, SCHEINERVS, e Soc. Ieſ. nominari, qui ſeſe alia, prius hoc ipſo anno 1612. edita *epiſtola de maculis ſolaribus ad* MARCVM VELSERVM ſub ficto mine *Apellis poſt tabulam* abſcondebat. — Pag. 17. DREBBELIO notitia portionis aëris dephlogi-i, quae aërem atmoſphaericum conſtituit, tribui-, quia quintae eſſentiae ſuae guttulas paucas, aëri rrupto inſtillatas, ſtatim noxias huius qualitates llere poſſe ipſe iactitet. Sed audiamus, quaeſo, ri iactitabundi de hac quinta eſſentia praeconia: ipſam eſſe aeternam, immutabilem, incombuſtibi-lem, in omnibus partibus ſuis conſtitutiuis perfe-

„ctam, frequenter inueniendam ſubſtantiam: eam
„calorem efficere, nec refrigerium pati; eam ſtri-
„gus producere, nec caloris participem fieri; eam
„ſiccare nec humiditatem adſumere; eam humeſ-
„cere, nec exſiccari; eam omnes morbos tollere
„ex omnibus quidem corporibus euolui poſſe, ea-
„men optimam eam eſſe, quae ex auro producatur
„et cum ſpiritu vini rectificetur; eam remedium
„aduerſus venena ſpecificum exhibere, ita, vt aqua
„fortis, cum illa deſtillata, ſine detrimento bibi
„queat etc." Ex his perſpicuum fore putamus
aërem dephlogiſticum non poſſe cum quinta eſſen-
tia vnum idemque eſſe. — Catalogus aurorarum bo-
realium, qui p. 122. e FROBESIO, profeſſore in aca-
demia Iulia, in profeſſorem Iuliacum mutato, de-
ſumtus eſt, poterat locupletior e MAIRANI trat.
phyſ. et hiſtor. de l'aurore boreale p. 218-27
reddi. Scriptores ibidem laudati ſine ordine enume-
rantur, multique huc pertinentes omiſſi ſunt. —
Pag. 138. adfertur explicatio cauſae magnorum e-
fectuum, quos puluis pyrius edit, a BACONE VE-
RVLAMIO excogitata, quae doctrinae de variis ae-
formis noſtrae non conuenit. — Pag. 103. breuis
de vita Baconis narratio occurrit. — Pag. 214. Nota
in SCHEINERI *roſa vrſina* primae viri obſeruationes
de maculis ſolis offenduntur, ſed in ſuperius com-
memorata epiſtola pſeudonyma. — Pag. 242. com-
memorat Auctor obſeruationem, quam ipſe fecit
de magnete poſt terrae motum tres quartas vis ſuae
attractiuae partes intra dimidium diem perdente.
— Pag. 250. refutatur axioma Carteſianum, quod
inter aphoriſmos MESMERI reperitur. — Supple-
mentum denique, quod huic volumini adnexum eſt,
continet 1. hiſtoriam de curationibus GREATAKE-
RII, magnetiſmi animalis ope peractis: 2. diſſerta-
tionem SCHROEDERI Petropolitani de praeſagiis
mutatio-

ntationum aëris tempeſtatisque ex adſpectu pla-
tarum. Ea ita comparata ſunt, vt merito mire-
is, quomodo ab illuſtri ſcientiarum academia ap-
lauſu poterant excipi.

Tomus ſecundus annorum CIↃIↃCLXII. vſque ad
XXVI. hiſtoriam lectoribus offert, quae tribus
ſtinguitur epochis, quarum *prima* NEWTONI ex-
erimenta enarrat, cum refrangibilitate radiorum
is inſtituta; *ſecunda* ab HOOKII praecognitione
plicationis Newtonianae ſyſtematis mundi; *tertia*
enique a CASSINI obſeruatione motus lucis repe-
tur. Ingreditur Auctor hoc volumen ita, vt, quid
qualibet phyſices parte ante hunc, a quo hic to-
us incipit, annum actum ſit, breuiter in lectorum
nſpectum producat. Enumerat igitur aërologiae,
ydrologiae, pyrologiae, meteorologiae, dynami-
es, hydroſtatices, mechanices, optices, acuſticcs,
ſtronomiae, magnetiſmi, electricitatis etc. inuenta,
ntequam ad ea indicanda progreditur, quae acade-
ia regia Londinenſis, anno CIↃIↃCLXII. regis
AROLI II. auctoritate firmata, ad phyſices emo-
menta contribuerit. — Quae monuimus de per-
ctatione rerum, primo volumine comprehenſa-
um, in vniuerſum, ea etiam obiici poſſunt huic ſe-
undo tomo. Pauca exempla hanc comprobent
ſſertionem. P. 64. de inuentione pulueris pyrii,
usque antiquitate agitur h. e. repetuntur fere ea
ntura, quae DVTENSIVS *l. c.* hac de re diſputauit,
glectis iis, quae nouiſſimis temporibus a Genero-
ſſimo de VELTHEIM hac de re monita ſunt. Inte-
m adfert Cl. de LOY locum e MARCI GRAECI *li-
ignium*, qui ad hoſtes ignibus in longinquum ia-
latis fugandos miſcere iubet ſulphuris libram
am, carbonis libras duas, et nitri quatuor. — Pag.
62. aquam nulla vi comprimi poſſe in ſpatium mi-
s, inter experimenta academiae *del Cimento* com-

memoratur quidem, ſed ſilentio premitur
experimenti error. — Pag. 265. de duplici
ne cryſtalli Islandicae experimenta ERASMI
THOLINI adducuntur, nec verbulum et de
tioribus et de NEWTONI eandem in rem
experimentis adiicitur etc. Poteſt quidem
DE LOY quodammodo excuſare haec
peccata, quod ipſe tanquam hiſtoricus,
rit, diligenter et fideliter ſine interpoſito
tulerit. Sed cum aliis in locis de rebus,
in vtramque partem diſputatum eſt,
expoſuerit, poterant lectores etiam ibi,
phyſices elapſorum ſeculorum a phyſicis
mis emendati ſunt, breuem admonitionem
ſtare, quin iure meritoque expoſcere. —
RINALDINI obſeruauit, glaciem, in ſpatio
ortam, opacam eſſe, grauitateque ſpecifica
eam, quae in aëre libero coiit. LICHTENBERG
contra ea aquam, in ſpatio vacuo in glaciem
tem, vidit maſſam admodum poroſam et
moſam efficere.

De *tertio volumine* propediem exponemus,
quartus ad nos peruenerit tomus, qui iam
ſudat.

VIII.

CAROLI a LINNÉ, Equitis aurati de ſtella
lari etc. Syſtema naturae per regna tria
turae, ſecundum claſſes, ordines, genera,
cies, cum characteribus, differentiis, ſynon
mis, locis. Editio XIII. aucta, reformata
IOH. FRID. GMELIN. Tomi I. Pars I. p.
Pars II. p. 501 — 1032. Lipſ. 1788.
maiori. impenſis Georg. Emanuel Beer.

Exactis annis XXII. quibus naturae curioſi
feſſo ſtudio in corporum naturalium

ione versati sunt, atque ex plurimis itineribus, nova detegendi consilio institutis, horum corporum nunc cognitorum numerus maximopere augebatur, laborem haud leuem, vtilissimumque suscepit Doct. GMELINVS, haec systemati *Linnaeano* ad ordines naturales et genera sua inserendo, atque quaeque referendo ita, vt fontibus limpidissimis virorum celeberrimorum vsus, inde notabiliora eligeret. Sic in mammalium classe Ill. SCHREBERVM, PENNANTVM et maxime ERXLEBENVM; in enarratione specierum auium Cel. LATHAMIVM; in insectis Ill. FABRICIVM et GOEZIVM; in detectis testaceis CHEMNITZIVM et denique in vermibus reliquis disponendis MÜLLERVM secutus est. Praeter hos viros aliorum opera et scriptiunculas reliquas, noua quaedam in historia naturali continentes, enarrare, praecipua synonyma cum adnotationibus sparsim adiectis addere, hisque sua propria adiungere, loca animalium natalitia melius indicare et characteribus genericis specificisque hanc editionem locupletare studuit. Minime igitur metuimus, vt rerum naturalium amatores in malam partem nobis sint versuri, si corpora naturalia noua aliaque memoratu digna ex hac huius libri editione breuiter commemoremus, atque ita laboris, quem GM. subiit, magnitudinem vtilitatemque aliquo modo adumbremus.

Classis I. *Primates*. In hoc ordine varias mutationes Auct. instituit sequentes, vt *Hominem Troglodytem* nunc ad *Simiae* genus reducat et quod sit *ecaudata macrocephala, toroso dorso et humeris pilosis, reliquo corpore glabro*, describat. Auctor enim iure meritoque, hoc animal loquela, cogitationibus et ratione esse praeditum, ad fictitia veterum referendum putat atque tam musculos, quam vniuersam ossium compagem ostendere, ad bipedem ingressum hoc non natum esse, recte monet. Quod attinet ad *Simiae* species, Tom. I. P. I. p. 26.

Noſter multas addidit nouas, quae nunc enumerandae ſunt. Sic *Simiam Lapem*, quem b. LINNAEVS ad hominem retulit, inter ſpecies ecaudatas, natura ad vis, brachiis longitudine corporis enumerat ingreſſu ſaepius erecto magis ad hominem accedere, quam Satyrum animaduertit. *Simia* caudata barbata, lunula ſuperciliari elata ex albo ſea. *S. rubra*, caudata barbata, buccis barbatis, vertice, dorſo caudaque ex rufo ſanguineis. *S. Taipoin* caudata barbata, buccis barbatis, auribus, naſi et pedum plantis nigris. *S. Petauriſta* caudata, barbata, dorſo caudae ſuperiore, et pedum anteriore latere ex oliuaceo nigris, facie nigra, naſi macula triquetra niuea. *S. Maura* caudata, barbata, buccis et vniuerſa facie, palpebris et regione ab oculis ad naſi finem protenſa exceptis, corpore ex luteo fuſco. *S. Roloway* caudata, barbata, capite, dorſo, manibus pedibusque extrinſecus nigris, intus vna cum abdomine et corona pilorum faciem quetram ambiente albis. Praeter has *Simia Mormon*, *Porcaria*, *Cynoſurus*, *Sinica*, *Nemaeus* et *gentata*, quas maxima ex parte ex *Mantiſſa* p. 42. LINN. ſumſit, ab Auctore ſunt adiectae, *S. naſica* vero, ex Africa allata, ſilentio praeterita. *Lemur* genus etiam nonnullis ſpeciebus auxit et ad hoc *L. Indri* ecaudatum, nigrum retulit, quod dentes canes in vtraque maxilla 8, primores in ſuperiore 2, in inferiore approximatos 4; pedes pentadactylos habet. *L. Potto* caudatus, ſubferrugineus, cauda vix colore. *L. lanigerum*, qui eſt caudatus ex flauo rufeſcente, teſtaceus, ſubtus albus, cauda ex rufeſcente fulua vnicolore; porro Lemurem marinum et bi p. 45. colorem, refert. Ad *Veſpertilionis* genus Noctilio americanus, in editione XII *Gliribus* adnexus, ab Auctore reductus nomine *Veſpertilionis leporini* audit. Praeterea autem genus hoc ob varium dentium numerum in 9. ordines diuidit. Nouae autem ſpecies in

in hoc genus introductae ſunt: n. 7. *Veſpertilio haſtatus.* 8. V. *ſoricinus.* 10. V. *noctula.* 11. V. *ſerotinus.* 12. V. *Pipiſtrellus.* 13. V. *Barbaſtellus.* 14. V. *hiſpidus.* 15. V. *pictus.* 16. *Nigrita.* 17. V. *Moloſſus* α. maior. β. minor. 18. V. *cephalotes.* 19. V. *leporinus.* 21. *Vlaſcopterus.* 22. V. *laſiurus.* 23. V. *Ferrum equinum*, caudatus, naſo ferro equino ſimili, auribus caput aequantibus, non operculatis, cauda dimidia corporis longitudine. In Gallia et Francofurto ab Ill. DAVBENTON detectus. 22. V. *noueboracenſis* caudatus, cauda longa, naſo breui acuto, auribus breuibus rotundis. Ad *Bruta Rhinocerotis*, qui olim inter *Belluas* locum obtinebat, Noſter nunc genus refert, et e varietate *Rhin. vnicornis* cornubus duobus inſtructi ſpeciem propriam fecit. Caro huius ad ſuillam et viſcera ad equina accedunt; cyſtide fellea et dentibus primoribus caret. *Myrmecophagae* ſpeciem capenſem ex PALLASII miſcell. zoolog. addidit. *Daſypum octocinctum* ſcutis duobus, cingulis octo ex Ill. SCHREBERI mammalibus ſumſit. Ad *Trichechi* ſpecies *Tr. Dugony* dentibus laniariis ſuperioribus exſertis approximatis, refertur, atque *Trichechus Manatus* duas varietates comprehendit, quarum altera eſt *auſtralis* piloſa, pedibus tetradactylis vnguiculatis, 8–17 pedes longitudine, 6–7. latitudine, 500–800 libras pondere aequans; vertebris 30 inſtructa; altera vero *borealis* nuda, pedibus nec digitis nec vnguibus inſtructis. Longitudine 23 pedes, pondere 8000 libras aequat. Loco dentium molarium in vtraque maxilla vtrinque os rugoſum et vertebras 60 habet. Genera ad *Feras* pertinentia ſpeciebus plurimis augere ſtuduit. Ad *Phocam* enim 7. ſpecies, nempe *Phocam iubatam; Monachum; groenlandicam; hiſpidam; criſtatam, barbatam* et *puſillam*, refert atque *Phocae vitulinae* LINN. 3. varietates, quae ſunt β. *Ph. botnica*

p. 51.

p. 53.

p. 56.

p. 60.

p. 62.

naso latiore, vnguibus longioribus, colore obscuriore sese distinguens, γ. *Ph. Sibirica, colore argenteo* et δ.
p. 65. *Ph. caspica, colore vario*, addidit. Ad *Canem familiarem* varietates permultae, nondum in edit. antecedente commemoratae, sequentes, sicuti *Canis familiaris pomeranus; sibiricus; islandicus; minor; breuipilis; leoninus; variegatus, hybridus; anglicus; gallicus; scoticus; venaticus; aquatilis; cursorius; hibernicus; turcicus; hirsutus; italicus; laniarius; aprinus; suillus; vertagus; americanus* accessere. Praeterea vero
p. 71. etiam nonnullas nouas species ex aliorum libris petiit. *Canis* enim *Crocuta, mesomelas, Lycaon, cinereo-argenteus* et *virginianus*, ab ERXLEBENO, MÜLLERO et SCHREBERO; *Canis* vero *Karagan* a PALLASIO, et *Can. Cerdo* a SKIOELDEBRAND, iam descripti sunt, et *Canis aureus* caude recta, corpore pallide fuluo ab Ill.
p. 75. SCHREBERO nunc definitus. Ad Felis genus species multas nouas numerat. e. g. *Felem Vnciam, Leopardum; iubatam; discolorem; concolorem; tigrinam; capensem; Manul; Serual; Chaum; Coracal* et *rufam*.
p. 80. *Felis Catus* cauda elongata annulata nunc describitur atque Synonymum in edit. XII. a LINN. conscriptum ad varietatem *Felis Cati ferae* reduxit. Praeter hanc nonnullae varietates, i. e. Felis Catus β. domestica minor, pilis breuioribus et crassioribus. γ. *hispanica* nigro, albo, aurantioque varia; δ. *caerulea* pilis omnibus ex caeruleo-cinereis et ε. *rubra*, fascia rubra in dorso a capite inci-
p. 84. piente, huic speciei adiectae sunt. Ad Viuerrae genus nunc Auct. *Mustelam glaucam Viuerrae Ichneumonis* varietatem reduxit et descriptionem *Schreberianam* exhibuit. Nouas quoque species primus descripsit, sicuti *Viuerram Zenik*, tetradactylam, corpore griseo, fasciis 10 transuersis nigris, cauda ex atro spadicea, versus apicem nigra, quae muris amphibii est magnitudine et in terra *Hottentotarum* habitat;

habitat; *Viuerram Conepatl* nigricantem, lineis duabus albis dorſalibus per caudam productis; *Viuerram Mapurito* nigram, faſcia niuea a fronte ad dorſi medium producta, auriculis nullis; *Viuerr. faſciatam* caudae pilis longis nigris et rufeſcentibus, corpore griſeo, faſciis 6 nigris longitudinalibus vario, ſubtus albo, atque *Viuerram malaccenſem* cauda nigra annulata, elongata, corpore griſeo ſupra nigro-guttato, maculis 4 rotundis ſupra oculos, faſciis colli dorſique tribus nigris. Caeterae autem ſpecies a Noſtro enarratae e SCHREBERI, ERXLEBENI aliorumque ſcriptis ſumtae, ſunt *Viuerra cafra; tetradactyla; Vulpecula;* Quasje, (quam in Edit. X. iam commemoratam rurſus Auct. huc numerat); *Mephitis; Zorilla; vittata; Zeylanica; capenſis; Civetta; hermaphrodita; Foſſa; tigrina; caudiualuula* atque *melliuora.* Noſter porro adiecit *Muſtelam Galeram, Canadenſem, Foinam,* quas Cel. ERXL. deſcripſit, *ſarmaticam; ſibiricam,* quas Ill. PALLAS; et *Quiqui,* quam MOLINA in hiſt. Chil. memorat; nec non ſilentio eſt praeterita *Muſtela vulgaris,* cuius deſcriptionem ab ERXLEBENO petiit ſequentem, pedibus fiſſis, corpore ex rufo fuſco, ſubtus albo, cauda concolore, atque huic duas addidit varietates, ſcilicet *aeſtiuam* et *niualem,* quae poſterior iam in Edit. XII. ſub *Muſtelae niualis* nomine enarrata eſt. *Vrſo Arcto* p. 100. 4 varietates, nempe *nigrum, fuſcum, album* atque *variegatum,* Auct. addidit; porro *Vrſum maritimum, americanum, labradorium* commemorare non omiſit atque *Muſtelam Gulonem* nunc ad hoc genus retulit. Didelphides Americam potiſſimum, nunquam p. 106. Africam aut Europam incolere, in ſpeluncis ſiluarum, quas ipſae fodiunt, habitare, porro caudae prehenſilis ope arbores ſcandere, auibus, inſectis, vermibus, vegetabilibus etiam veſci; penem maribus abſconditum, glande bifida eſſe atque marſupium femi-

nis

nis 1-3 abdominale, duobus oſſibus firmatum, in maribus quoque obſeruatum, Auct. monet, et huic generi *Didelphidem Cayopollin; cancriuoram* (cauda ſquamoſa fere calua, corpus prope aequante, plantarum vngue pollicari plano) *brachyuram*; orientalem; *Brunii, giganteam; macrotarſumque* addidit.

p. 110. *Talpa europaea* 4 varietatibus, quae ſunt, *variegata, alba, flaua* atque *cinerea*, a Cel. Auctore aucta duaeque quoque nouae ſpecies *Talpa longicaudata* et *rubra* enumerantur. Ad genericos *Soricis* characteres etiam dentes molares cuſpidatos refert, et haec animalia quoad capitis figuram ad talpam, reliqua habitu ad mures accedere, maxime inſectis vermibusque victitare, quasdam ad aquas habitare, monet. Species autem huic generi ab Auctore adiectae ſunt; *Sorex fodiens, puſillus, braſilienſisque*. *Sorex* vero *marinus*, quem cauda mediocri, corpore fuſco, pedibus caudaque cinereis, ſicuti etiam duae ſequentes, Auctor primum deſcribit, magnitudine *muris muſculi* eſt atque in Iaua habitat: porro *Surinamenſis*, cauda corpore dimidio breuiore, corpore ſupra ſpadiceo, infra ex albo cinereo flaueſcente, quae ſpecies ob magnitudinem corporis, ratione capitis, roſtri, dentium, oculorum, pedum ad araneam propius accedit et Surinamiam incolit; nec non *Sorex exilis* minimus, cauda craſſisſima tereti, quod omnium mammalium minimum ʒſs pondere non ſuperat atque in Sibiria ad fluuium Ieniſci repertum.

p. 113. *Caſtoren* quoque *moſchatum* hoc genere comprehendere vult, deſcriptionem PALLASII aſſumit, atque locum, vbi materia moſchifera recondita eſt, accurate indicat. Ad initium enim caudae folliculos 7-8 tela celluloſa coniunctos, flaueſcentes, ex quibus haec materia flaua penetrantiſſimo odore *Zibetho* ſimilis prodit, cuius ſingula animalia ϑj circiter

p. 115. continent, ſitos eſſe dicit. Ad *Erinacei* genus 3 ſpecies nouas

nouas commemorat, nempe *Erinaceum auritum*, *ſetoſum* atque *ecaudatum*. Nunc ad *Glires* venit, quem in ordinem noua genera, quorum breuem luſtrationem tranſire non poſſumus, introduxit. Primum genus eſt p. 120.
Cauiarum, quae inter mures et cuniculos quaſi mediae ſaliendo lente currunt, non ſcandunt, in arboribus cauis aut ſub terra degunt et vegetabilibus veſcuntur. Characteres vero generici ſunt, quod dentibus primoribus 2 acutis; molaribus 8; digitis plantarum 3-4; palmarum 4-5; cauda abbreuiata aut nulla et denique clauiculis nullis, ſunt inſtructae. Praeter *Cauiam Acuſchy* (caudatam, corpore oliuaceo); *americanam*; *Apereamque* (ecaudatam, corpore ex cinereo rufo) quoque nonnullae ſpecies tam e genere *Muris*, quam ex illo *Suis* huc tractae commemorantur. Ad illud *Cauia Aguti*, cui *Muris leporini* ſpeciem LINN. tanquam varietatem adnectit; et *Cau. Cobaya* i. e. *Mus Porcellus* LINN. referuntur; ad hoc autem *Sus Hydrochaeris*, cui nomen *Capybarae* triuiale impoſuit PALLAS. *Arctomys* eſt ſecundum nouum p. 141.
genus, quod dentibus primoribus cuneatis, 2 in vtraque maxilla, molaribus ſuperioribus vtrinque 5, inferioribus 4, atque clauiculis perfectis ab aliis diſtinguitur. Caeterum vero caput ipſis gibbum, rotundatum; auriculae eorum ſunt aut breues aut iis carent; corpus eſt craſſum, cauda breuis et villis obſeſſa; palmae tetradactylae cum pollice breuiſſimo et plantae 5 dactylae. Porro autem ſub terra fodire ſolent, ſcandunt, vitam diu agunt atque radicibus granisque veſcuntur. Species autem partim ex LINNAEO, PALLASIO, SCHREBERO, partim ex PENNANTO ſumſit, atque ad hoc genus ab eo numerantur ſequentes. 1. *Arctomys Marmota* eſt Mus Marmota LINN. quem BRISSONET atque ERXLEBENVS *Glirem Marmotam* appellant; 2. *Arct. Monax*, quae a b. LINNAEO quoque ad *Muris* genus relata

relata eſt; n. 3. *Arct. Bobac* eſt *Mus Arctomyzae*
LASII; 4. *A. Empetra*. 6. *A. Citillus* i. e. *Mus Ci-*
tillus LINN. n. 5. *A. pruinoſa* (capite auriculis
cauda pedibusque nigris, dorſi, laterum et abdo-
nis pilis duris, longis, ad baſin cinereis, medio nigr-
apice albidis) eſt habitu monacis atque in Ameri-
ſeptentrionali reperitur, atque denique n. 7. *A. Gun-*
di, cuius auriculae truncatae meatu amplo praedit-
p. 155. ſunt, quaeque in Barbaria habitat. Tertio genera
Myoxum, qui dentes primores vtrinque duos; pe-
des anteriores breuiſſimos; poſteriores vero lon-
giſſimos atque caudam elongatam, apice floccoſa
habet, Cl. Auct. comprehendit. Omnes autem hu-
ſpecies hybernant et duobus pedibus inſtructae mo-
dere, vel potius ſalire poſſunt; terram fodiunt, in-
terdiu dormiunt, noctu vigilant, vegetabilibus ſolis
victitare ſolent, et quidem cibos palmis ori admo-
vent; aquam palmis digitis incuruatis haurium
Species autem e generibus *Sciuri* et *Muris* LIN-
NAEI maxime deſumit et *Sciurum Glirem* L. Murem
quercinum L., quem *Myoxum Nitellam* appellat,
atque *Murem auellanarium*, cui nomen Myoxi Mu-
cardini dedit; nec non *Myoxum Dryantem* (ex gri-
ſeo rufum, ſubtus ſordide album, linea nigra erecta
vtrinque per oculos ad auriculas ducta), qui colore,
cauda breuiore, magis villoſa, maculae nigrae pone
auriculas defectu a *Nitella* differt, ad hoc genus re-
duxit. Hyrax nouum IV^tum genus conſtituit et den-
tibus primoribus ſuperioribus 2 latis, diſtantibus;
inferioribus vero 4 contiguis, lato-planis, bis cren-
tis; *molaribus* magnis vbique 4; palmis digitis 4
plantis digitis 3; cauda nulla atque nullis glandu-
lis praeditum eſt. Species vero duae commemo-
rantur. *Capenſis* ſcilicet *palmarum unguibus planis*
plantarum vnico ſubulato et *ſyriacus pedibus ungui-*
latis, quorum deſcriptiones vberiores Ill. SCHRE-
BER

BERVS, PALLASIVS, PENNANTVS etc. dederunt. Porro vero etiam ad genericos *Caſtoris* characteres caudam longam ſquamoſam et clauiculas perfectas addidit et nouam ſpeciem, quae *Caſtor hudobrias* cauda compreſſa lanceolata piloſa, palmis lobatis, plantis palmatis, quamque MOLINA in hiſtor. nat. Chil. vberius deſcripſit, commemorare non omiſit. Muris vero genus ſpeciebus plurimis augere ſtuduit, et *Caſtorem zibethicum* LINN. in hoc genus introduxit. Inſuper multae nouae ſpecies commemorantur, ſicuti *Mus Coypus*, *Cyanus*, *laniger*, *maulinus*, quas MOLINA deſcripſit; porro *Mus Caraco*, *decumanus*, *Agrarius*, *minutus*, *ſoricinus*, *vagus*, *betulinus*, *ſaxatilis*, *alliarius*, *rutilus*, *gregalis*, *oeconomus*, *ſocialis*, *Lagurus*, *torquatus*; *hudſonius*; *Acredula*, *arenarius*, *phaeus*, *ſongarus*, *Furunculus*, *talpinus*, *capenſis*, *maritimus*, *Aſpalax* atque *Typhlus*, quos vberius Ill. PALLASIVS; tandemque *Mus pumilio* (cauda mediocri nudiuſcula, corpore ex fuſco cinereo, fronte nuda et lineis 4. dorſalibus nigris), qui in ſyluis Sitzicamae habitat, et ponderat ℈iv, a SPARRMANNO in Act. Stockholm. nou. anni 1784. deſcriptus. Ad *Sciuri* ſpecies primum *vulpinus* (cinereo rufus magnus, auriculis imberbibus); *hudſonius*, quem Cel. FORSTER in Act. Angl. Vol. LXII. enarrat; *carolinenſis* (colore ex cinereo, albo et ferrugineo miſto, ſubtus albus, cauda fuſca atro miſta, albo marginata, auriculis imberbibus), qui ſtatura minori, colore variabili a vulgari ſeſe diſtinguit, a PENNANTO iam deſcriptus; *perſicus* (obſcurus, lateribus albus, ſubtus flauus, auriculis imberbibus, cauda ex atro cinerea annulo albo), colore conſtante a *vulgari* differt, ratione vero faciei et morum ſimilis, atque in alpibus Perſiae hircaniis a S. G. GMELINO detectus et ab eodem primum deſcriptus eſt. Porro hic nominat *Sciurum*

p. 124.

p. 125.

p. 131.

rum anomalum, *bicolorem*, *erythraeum*, *macrorum*, *maximum*, *abyssinicum* (supra ex ferrugineo nigrum, subtus cinereum, cauda sesquipedali) a TREVENOTO primum in Abyssinia visum atque commemoratum; *indicum*, *dschinschicum* (testaceum fasciis lateralibus orbitisque albis, cauda nigra, qui vulgari paulo maior et a SONNERATO in prouincia Indiae Dschinschi detectus est; *variegatum*; *Degum*; *mexicanum*; *madagascariensem* (palmarum digito medio caluo, valde elongato, plantarum pollice vngue rotundato, de quo Auct. plura ex SONNERATI, inventoris huius speciei, itineribus excerpsit. Ad Sciuros vero volantes 1) *Murem volantem* LINN. reduxit eique nomen *Volucellae* dedit; 2) Sciurum Petauristam, quem Ill. PALLASIVS optime descripsit, commemorauit; tandemque 3) speciem ex PALLASIO gliribus petitam enarrat, quae hypochondriis prolixis volitat, supra ex rubicundo fusca; subtus et flauescente albida, cauda villosa pluma instructa est, in America septentrionali reperitur, atque Sciurus
p. 147. hudsonius ab eo appellatur. Cum vero inter species eiusdem generis scandentes eodem nomine vnum appellet, capere non possumus rationem, ob quam duabus speciebus vnum idemque nomen triuialem
p. 157. donauerit. *Dipi* genus dentibus primoribus vtrinque 2, pedibus anterioribus breuissimis, posterioribus vero longissimis; cauda elongata, apice floccosa, instructum, 5 speciebus ditauit. *Iaculus* nimirum est *Muris* species LINN.; *Sagitta*; *cafer*, *tamaricinus* atque *meridianus*, quem b. LINNAEVS ad mures retulit.
p. 160. Lepores vero in caudatos et ecaudatos diuidit. Priori diuisioni addit *Vescaccium* (cauda elongata fistosa), de quo MOLINA vberius agit; *variabilem*, qui aut niger aut hybridus deprehenditur; *americanum*, *Tolai*; *minimum* (cauda abbreuiata, auriculis pilosis concoloribus), mure aruensi vix maiorem, felibus ratisq

rattisque ſimilem atque Chilenſi regno domeſticum. *Lepus* vero *cuniculus* tribus varietatibus auctus, quarum L. cuniculus 1) domeſticus, oculis pulchre rubris, qui iterum ratione coloris ita variat, vt vel niger, vel albus, variegatus aut argenteus pilis ex argenteo cinereis, pedibus fuſcis, obſeruetur; 2) angorenſis et 3) ruſſicus, cinereus, capite auriculisque fuſcis, pelle dorſi gulaeque ſaccata. Pellis n. 2. eſt pretioſa ac bona; caro alba, paſſim edulis. Ad *ecaudatos* vero *Lepus puſillus*, *alpinus* atque *Ogotona*, numerantur. *Pecorum* ordo nunc duobus p. 181. nouis generibus creuit, quorum vnum eſt *Camelopardalis*, cornubus ſimpliciſſimis, pelle tecta, faſciculo pilorum nigro terminata; dentibus primoribus inferioribus 8, ſpatulatis, extremo externe profunde bilobo, ab aliis omnibus diſtinguitur, et vnam ſpeciem, nempe *Giraffam*, quam b. LINNAEVS ad Ceruos retulit, et Ceruum Camelo-pardalem dixit, comprehendit; alterum vero genus *Antilope* cor- p. 182. nua concaua ſuperiori verſus teretia, ſoluta, perſiſtentia; dentes primores inferiores 8 habens, atque caninis carens, nonnullas nouas ſpecies, et alias ex caprae genere deſumtas exhibet. Ad priores *Antilope Leucophaea; Lerwia; Dama; reduncа; Tragocamelus; Addax; gutturoſa*; *ſubgutturoſa*; *pygarga*; *kevella*; *Corinna*; *Bubalis*; *Gnu*; *Oreotragus*; *Leucoryx*; *Orcas*; *Saltiana*; *pygmaea*; *ſyluatica*; *Strepſiceros*, pertinent. Antilopae vero *Rupicapra*, *Saiga*, *Dorcas*, *Oryx* (ſ. C. *Gazella* L.). *Gazella* (ſ. C. bezoardica L.) et *ceruicapra* e caprae genere LINN. ſumtae ſunt, nec non *Moſchum Grimmiam* generi nunc huic addidit. *Antilopae* autem inter ceruos et capras quaſi medium tenent quoad habitum ceruinum et cornua caprina locum. Praeterea cyſtide fellea, ſinubus ſubocularibus, oculis pulcherrimis nigris gaudent, timidae, agiles, gregatim incedunt, fruticibus praecipue veſcuntur et

colles copioſiſſime inhabitant. Caro earum et ſa-
pida et eſculenta, moſchum aut hircum redolens.
Nouae *Cameli* ſpecies, ex MOLINA petitae, ſunt *Hu-*
p. 172. *nacus*, *arcucanus* et *Vicugna*. Ad Moſchum re-
runtur *indicus*; *Meminna*; *iauanicus americanus*
p. 175. Cerui autem ſpecies ab Auctore adiectae, ſunt *Pa-*
gargus; *virginianus* cornubus ramoſis antrorſum
verſis, parum palmatis, qui damae ſatis adſimi, ſed
altior atque cruribus et cauda longioribus, colore ma-
p. 193. gis cinereo, ab illa facile diſtinguitur. Caro eiusdem
eſt ſicca et pellis eximia. Porro *axis*; *porcinus*; *mexica-*
nus atque *Muntjac*. *Capra Hircus* nunc *Aegagri* ſpe-
cie ab Auctore comprehenditur, ad quam quoque
ſpecies nonnullas videlicet *mambricam*, *depreſſam*, *re-*
verſam LINN. refert atque nouam varietatem, *Capra*
cornum dictam, cornubus breuibus apicem antror-
p. 197. ſum verſis, ad latera annulatis, adiecit. Ad Ouis *Aries*
varietates nonnullae, ſcilicet *bucharica*, *longicau-*
capenſis et *Ouis guineenſis* LINN., referuntur. Porro
Capra Ammon ad hoc genus ab Auctore reducta,
et *Ouis Pudu* cornubus teretibus, leuibus, diuergenti-
bus, quae gregatim in montibus Americae Cordige-
p. 702. eras reperitur, noua ſpecies deſcribitur. *Bos Taurus*
in *ferum*, ad quem *Bouem Vrum*, *Bonaſum* et *Biſontem*
LINN. numerat, et in *domeſticum*, ad quem *Bouem in-*
dicum LINN. *abeſſinicum*, *madagaſcarienſem* niueum,
Tinianenſem niueum; *africanum* niueum atque *eu-*
ropaeum, quos omnes, excepto vltimo, Cel. PENNAN-
TVS deſcripſit, diſtribuere maluit. Bos americanus
nunc ab Auctore propria ſpecies habetur. *Moſchus*
p. 216. *tus* autem *caffer*que his ab eo adnexae. *Belluarum* or-
dini nouum genus, quod primores in vtraque maxilla
10 dentes, laniarios autem nullos habet; pedes ante-
riores vngulis 4, poſterioresque vngulis 3 inſtructos
eſt, et TAPIR nominatur. Sed ad hunc vſque diem
modo vnica ſpecies, ſcilicet *Tapir americanus*, quem L.

LIN-

NAEVS Hippopotamum terreſtrem appellauit, numeratur. Equi vero gaudent aut pedibus biſulcis, p. 209.
aut ſolidungulis. Ad priorem diſtributionem *Equum biſulcum*, ex MOLINAE hiſt. ſumtum, refert. Reliquis vero ad alteram pertinentibus *Hemionus* atque *Quagga* ab eo additi ſunt. *Suis* ſpeciebus *africanus; aethiopicus* atque *Babyruſſa* (dentibus duobus caninis fronti innatis) nunc adnumerantur. Tandem vero *Cete* genera nonnullis ſpeciebus Au- p. 222.
ctor auxit et quidem ad *Balaenas gibboſam*, (dorſo gibboſo, pinna dorſali nulla) atque *roſtratam* (ore roſtrato, dorſi pinna adipoſa) refert, atque *Delphini Leucadem* (Weisfiſch) roſtro conico obtuſo, deorſum inclinato, pinna dorſali nulla, adnectit.

Pergimus nunc ad claſſem ſecundam, aues complectentem, cuius ordo primus de *Accipitribus* agit. Ex his autem ad *Vulturis* ſpecies additas, additae ſunt p. 245.
hae: *Vult. Bengalenſis* fuſcus, capite colloque anterius denudato dilute caſtaneo, roſtro, plumbeo apice nigro: *cinereus; fuſcus*; *niger*; *leucocephalos* plumis niveis, remigibus rectricibusque nigris, torque plumarum albo, qui ad *percnopterum* aut *fuluum* magis pertinere videtur; *fuluus; criſtatus* atque *barbatus* ex atro fuſcus, ſubtus albus in fuſcum inclinans, pedibus lanatis, digitis plumbeis, vnguibus fuſcis, qui falconis fului magnitudine eſt. Ad *Falcones* p. 250.
nunc *Harpyia*; *barbatus; Albicilla*que referuntur atque plurimis ſpeciebus ab Auctore adiectis, ſunt peraucti. Species autem triplici modo ſubordinauit; 1) aliis ſcilicet femoribus longiſſimis inſtructis, ad quas modo *Falconem ſerpentarium* a I. F. MÜLLERO deſcriptum, numerat; porro 2) *Gypaëtis*, roſtro apice demum adunco, baſi ſetis porrectis barbato, ex quibus praecipuas modo commemorare volumus: ſcilicet p. 251.
Falconem Iacquini pennis capitis elongatis plurimis, pedibus nudis, corpore ſubtus niueo, qui Vultur co-

ronatus a JACQVINO dictus in montibus nouae Granadae detectus atque Harpyiae adfinis ob. *golenſem* album, cera caeruleſcente, orbitis carn. et nudis, tectricibus alarum primariis caud. baſi nigris, quem Cel. PENNANTVS in *Angol.* re. perit: *barbatum.* 3) *Aquilis*, maioribus pedes pl.
p. 253. rumque hirſutis. Quarum ſunt notatu dignae ſe. quentes: *Falco coronatus* cera ferruginea, pedib. lanatis, albis, nigro punctatis, pectore rufo, latera. nigrò faſciatis, qui minor, quam Europaei, in Guine. habitat; *Iaponenſis* cera obſcura, pedibus lutei. corpore fuſco; *naeuius* cera pedibusque lanatis lu. teis, corpore ferrugineo infra alas albo-maculat. *auſtralis* fuſcus, cera flaua, cauda nigra, apice pun. ctis ſordide albicantibus; FORSKÅLII, cera pedi. busque ſemilanatis flauis, ſupra cinereus, ſubtus fer. rugineus, alis ſupra fuſcis, cauda forficata, fuſco-fa. ſciata, longitudine corporis, quem b. FORSKÅL. in Aegypto detexit, hyeme frequentem et cibi.
p. 261. talem. *Falco* autem *aegyptius*, quem hoc loco cum eodem ſpeciei modo dictae ſynonymo adnotat, pro. ris ſpecies eſſe videtur. *Falco Sinenſis* cera pedi. busque luteis, corpore ſupra fuſco, ſubtus flauicen.
p. 264. te. 4) iis denique *Falconibus*, qui minores, pe. dibus nudis, ſunt, ex quorum numero largior. nonnulli commemorari poſſunt. *Falco orient. lis* pedibus plumbeis, ſtria ſuperciliari ferrugi. nea, capite et corpore ſupra obſcure fuſco, ſubtus ex ferrugineo fuſco, cauda albo-maculata, quem LATHAMVS in Iaponia, et *indicus*, quem in Iam. da. prehendit; *nouae Hollandiae* albus, cera pedibusque luteis, vngue poſteriore anterioribus duplo longio. re, qui in hac prouincia a Cel. FORSTERO pri. mum viſus eſt. Iamaicenſem, borealem, varieg. tum, albidum, cayennenſem etc. LATHAMVS primum commemorauit. Ad Falconem communem XL va. rietates

rietates numerantur. *Falco S. Iohannis* quoque a LATHAMO in freto Hudſonis obſeruatus deſcriptusque. *F. Buffoni* cera caerulea, pedibus luteis, corpore ſupra ſpadiceo, ſubtus ex rufeſcente bubalino, ſuperciliis flauis, caudae faſciis pallide et obſcure fuſcis. Praeter hos *Falc. vliginoſus*, *Lithofalco*; *Tinnunculus*; *bohemicus*; *piſcator*; *badius*; *fuſcus*; *dubius*; *obſcurus*; *veſpertinoides* (cera pedibus palpebrisque luteis, femoribus nigris, collo, pectore et ventre fuſceſcentibus albo maculatis), quem in Permia, Baſchkiria FALCKIVS primum vidit, veſpertino tempore dimidio minorem; *Aeſalon*, qui tres varietates nempe *noueboracenſem*; *caribaearum* atque *Falconariarum* comprehendit; *minutus*; *regulus* pluresque huc referuntur. *Strigibus* autem nunc *mexicana* (corpore ex fuſco et nigro vario); *virginiana*; *zeylonenſis*; *americana*; *brachyotos*; *braſiliana*; *zorca*; *carniolica*; *deminuta*; *pulchella*; *Tengmalmi* (corpore griſeo, maculis piſiformibus albis, iridibus flauis) quem Cel. TENGMALM in Vplandia Sueciae an. 1783. reperit; *nebuloſa*; cinerea; *Wapacuthu* (dorſo et tectricibus caudae albis, obſcure maculatis, pectore et abdomine ſordide albis, lineis rufeſcentibus decuſſantibus); haec in ſyluis circa fretum *Hudſonis* reperitur; eiusdem caro eſt eſculenta, muribus miculisque veſcitur et bipedalis eſt; porro *alba*; *Noſima*; *rufa*, *ſolonienſis*; *hudſonia*; *vralenſis*; *iguanica*; *nouae Seelandiae* (iridibus flauis, corpore ſupra fuſco albo-maculato, ſubtus fuluo), ibidem a Cel. FORSTERO primum detecta; *Tolchiquatli*; *Chichicſi* et *acadica* (corpore ſupra ſpadiceo albo-maculato, ſubtus ſordide albo-ferrugineo intermiſto), in America ſeptentrionali habitans, eſt 7 pollices longa. Ex LANIIS vero denique praecipui ſunt enarrandi *Antiguanus* cauda longa cuneiformi, corpore ſupra ex flauicante rufo, ſubtus albo, capite, roſtro,

p. 286.

p. 297.

alis, pedibus caudaque ſupra nigris; *Leuerianus*; atricapillus; *tabuenſis*; *pacificus*; *viridis*; *ſis*; *varius*; americanus; *Natka* cauda rotundata, tice et corpore ſupra nigro, hoc ſubtus albo, albo, in ſinu Natka Americae ſeptentrionalis a THAMO primum viſus; *melanocephalos* roſtro, te, gulaque nigris, corpore oliuaceo ſubtus pallidi re, cauda faſcia lata nigra, apice flaua; *brachyurus* p. 312. que *phoenicurus*. Ordine ſecundo de *Picis* differe cumque nouum genus his nectit: *Glaucopen* ſcilicet p. 363. roſtro incuruato fornicato; lingua ſubcartilagine ciliata pedibusque ambulatoriis. Cuius vnica ſpeci eſt *cinerea*, quae picae magnitudine et 15 pollices longa eſt, in terra ambulat, rarius vero arboribus inſidet, baccis variis, inſectis auiculisque minoribus victitat, in noua Seelandia a Cel. FORSTERO primum reperta eſt. *Pſittaci* genus nunc ſpecies CXLI, quarum ob detectiones inprimis BRISSONO, SONNERATO, LATHAMO, BVFFONIO aliisque viris celeberrimis gratias debemus maximas, comprehendit. Praecipuae vero a LATHAMO primum viſae et deſcri- p. 322. ptae, ſunt *Pſittacus Leuerianus* pallide viridis, capite colloque flauis, vropygio puniceo, remigibus rectricumque apice caeruleis, qui in Aſia auſtrali, ſatis p. 326. grandis reperitur. *Pſ. plumbeus* viridis, roſtro, pedibus orbitisque plumbeis, fronte, genis gulaque fuſcis, p. 328. rectricum margine et apice caeruleis; *Pſ.* oliuaceus, capite ex atro fuſco, vropygio obſcure rubro, alis caudaque obſcuris; *Pſ. nouae Seelandiae*; *Pſ. nouae Hollandiae*; porro *pacificus*; p. 329. *auſtralis*, *barbadenſisque*. *Pſittacum lineatum* viridem, remigibus ſubtus fuſcis, margine interiore pallidis, Noſter deſcribit, magnitudine turturis eſſe et cauda corpore longiore gaudere. *Pſ.* vero *Iaguilma*, (viridis, remigibus apice fuſcis, orbitis fuluis) gemmas p. 324. arborum herbasque vorans; porro *choraeus* (viridis,

dis, ſubtus cinereus, orbitis incarnatis), moribus et victu cum Pſ. Iaguilma conueniens; et *cyanolyſeos* (luteo-virens, collari caeruleo, vropygio rubro), columba paulo maior, docilis, manſuetus, caro iuniorum ſapidiſſima, a MOLINA in regno Chilenſi primum ſunt reperti. *Ramphaſtis torquatum; erythrorhynchum;* p. 353. *Toconem, luteum; dubium* gula caerulea gaudentem atque *album* hocce colore ornatum, addidit. Genus, *Buceros*, nouis 8 ſpeciebus nunc eſt auctum. *Coruis* p. 358. plures ſpecies adiunxit, etiam a JACQUINO detectas enarrare non omiſit, e. g. *Coruum argyrophthalmum;* p. 369. *dubium;* et a LATHAMO primum viſas, ſicuti *Coruſtrulem*, cuius nomen triuiale diuerſae huius generis ſpeciei iterum Auctor falſo impoſuit. Altera enim tota nigra; altera vero ſupra nigra, ſubtus cinerea. Illa in inſulis americanis maris auſtralis habitat, 19 pollices longa eſt, atque hoc nomine inſigniri meretur; haec contra *Cayennam* colit, modo 11 pollices longa atque a priori diuerſa. Porro *Caledonicum; Stelleri; pacificum, tropicum, finenſem*, atque *cyanuus* enumerat. *Coruus* vero *afer* (violaceo-niger, cauda cuneiformi), qui in Africa habitat, ab Auctore propria habetur ſpecies, ab aliis vero ad *Coruum ſenegallenſem* iure refertur. Ad *Coraciae* genus per totum p. 378. orbem diſperſum, pedibus breuibus ab aliis diſtinctum, acceſſerunt *Abyſſinica*, *Senegallenſis*, *madagaſcarienſis*, *cayennenſis*, *mexicana*, *cyanea*, *ſtriata*, *varia*, *finenſis* atque *docilis*. Ad *Oriolos* relati ſunt p. 382. noui: *Radiatus* ſcilicet; *Picus*, *nouae Hiſpaniae; annulatus; braſilianus; Iapacani; Coſtototl; griſeus; americanus; oryziuorus; ludouicianus; hudſonius; criſtatus; ruber; flauus; textor; nidipendulus; varius; Iamacaii; leucopterus; caeruleus; viridis* (ſuperciliis, genis, gulaque flauis, tectricum alarum nonnullarum apice albo); ferrugineus; *fuſcus* (niger, capite ex ferrugineo fuſco, cauda ſordida); niger; *minor;*

nor; *oliuaceus*; *Aunalaſchkenſis* (fuſcus, macula
oculari mentoque albis, iugulo et pectore
p. 395. gineo fuſcis) etc. *Graculis* ſunt adnexae *Lan-*
ſtra; *ſturnina*, quas PALLASIVS deſcripſit; cy-
nenſis a BVFFONIO primum detecta et *carun-*
cinerea, cauda remigibusque atris, vertice
p. 399. que carunculatis. *Paradiſeae* genus ſpeciebus
delicet *Magnifica*, *nigra*, *ſuperba*; *aurea*; *viridi*;
p. 405. que, eſt auctum. Bucconis genus, quod in Ed.
XII. modo vnicam ſpeciem continet, nunc XVII. ad-
auctum eſt. Inter quarum numerum cuidam, qu
oliuaceus eſt, et remigibus caudaque obſcuris, fac
mentoque ex ſubfuſco rufeſcente, gaudet, nomen
p. 409. Cel. LATHAMI triuiale, imponitur. *Cuculi* genus eum
plures nouas ſpecies, quas partim BVFFONIVS, PAL-
MANNVS, BROWNIVS, partim LATHAMVS, BRIS-
p. 424. SONVS et alii deſcripſerunt, comprehendit. Ad
Picos vero numerantur *Lignarius* (pileo coc-
cineo, corpore albo caeruleoque vittato), rubricol-
lis; *melanoleucos*; *ſtriatus*; *melanochloros*; *fuſ-*
ſcens; *caiennenſis*; *exalbidus*; *cinnamomeus*; *multico-*
lor; *ruber*; *obſcurus*; *faſciatus*; *cafer* (ſupra fuſ-
cus, ſubtus vinaceus, nigro-guttatus, alis ſubtus
ſcapisque remigum et rectricum miniatis), qui e
minor, quam auratus, et ad Caput bonae ſpei hab
tat; *oliuaceus*; *rufus*; *miniatus*; *Pitiu* (fuſcus, alb
guttatus, cauda breui), qui in Chili habitat, columba
habitu eſt, cuiusque caro ab incolis magni aeſtimatur;
goenſis; *manillenſis*; *Goertan*; *canus*; *perſicus*; *tri-*
color; *canadenſis*; *flauipes*, (ob colorem pedum fla
vum nomen huic impoſitum); *bicolor*; *cardinalis*; *ma-*
p. 440. *bicus* atque *moluccenſis*. Ad *Sittae* genus *Maior*; *nae-*
via; *ſurinamenſis*; caſra atque *ſinenſis* nunc numerati
p. 443. tur. *Todi* genus nunc XVI ſpeciebus increuit. *Alcedo-*
p. 446. *nis* ſpecies ab Auctore adiectae, ſunt nimirum *Orien-*
talis; *Surinamenſis*; *purpurea*; *caeruleocephala*; *bor-*
galenſis;

galenſis; leucorhyncha; braſilienſis; americana; bicolor; maculata; cayennenſis; atricapilla; tuta (macroura, ſupra oliuacea, ſubtus alba, ſuperciliis albis, torque ex virescente nigro), quae in insula Tahiti reperitur ibidemque ſanctiſſime colitur; *venerata* (fusca, ſubtus pallida, cauda rotundata, remigum, tectricum rectricumque margine viridi), quae insulam amicam, Apyen, vbi etiam ſacra eſt, inhabitat; *ſacra* in insulis Societatis reperta; *fuſca, capenſis*; *flauicans* (ſubtus flauicans, capite dorſoque viridibus, roſtro rubro, cauda caerulea), quae insulam Celebes incolit ibidemque *Ten-rou-joulon* incolis dicitur; *nouae Guineae*; *aegyptia*; *ſemicaerulea*, quae *Pici minoris* magnitudine, ſpithamam circiter longa et circa Yemen Arabiae a b. FORSKÅLIO detecta eſt. *Meropis* genus itidem nonnullis ſpeciebus cepit p. 460. incrementum, quae ſunt nimirum *flauicans*; *braſilienſis*; *badius*; *chryſocephalus*; *angolenſis*; *erythrocephalus*; *nubicus*; *niger* et aliae. *Certhiis* adiiciuntur *viridis*; *pacifica*; *obſcura*; *coccinea*; *falcata*; *Soimanga*; *manillenſis* (viridis, caeruleo et violaceo nitens, ſubtus ex oliuaceo griſea, collo ex viridi, caeruleo, violaceo, flauo faſciatim vario, remigibus fuſcis), quae in Manilla habitat et vix 4 pollices longa; *burbonica*; *ſannio* (oliuacea, vertice ſubuiolaceo, genarum macula alba, remigibus caudaque ſubfurcata fuſcis), quae voce grata, varia gaudet, docilis atque in noua Seelandia reperitur; *aurantia*; *flauipes*; *ochrochlora*; *cardinalis*; *caruncula*; *fuſca* (gula et pectore fuſco alboque lineatis); *variegata*; *braſiliana*; *purpurea*, quae per totum corpus hoc colore gaudet, 4½ pollices eſt longa, atque egregie cantat; *ſanguinea*; *virens*; *rubra*; *cinnamomea* (ſubtus alba); *macaſſarienſis*; *indica*; *amboinenſis*; *mexicana*; *cinerea*; *omnicolor*que (viridis, omnis generis coloribus intermiſtis) in Zeylonia habitans, 8 fere pollices eſt p. 469.

p. 484. longa. Ad *Trochilos* denique ſpecies numeroſiſſimas referuntur, quarum praecipuae ſunt *Troch. purpureus* (viridis, vertice, alis caudaque bifurca purpureis, vaque caeruleo); *gramineus*; *maculatus*; *margaritaceus* (viridi-aureus, ſubtus margaritaceus, cauda baſi chalybea, media ex purpureo fuſca, apice alba: faſcia ex atro fuſca); *multicolor* (fuſcus, ſubtus miniatus, vertice, mento, pectore et dorſi medio viridibus, faſcia oculari caerulea, cauda aequali); *cinereus*; *Mango*; *gularis* (flaueſcens, gula vropygioque caeruleis, abdomine albo, alis caudaque nigris); *fimbriatus*; *rubineus*; *ſtriatus*; *bicolor*; *ſapphirinus*; *cyanocephalus* (viridi-aureus, capite, remigibus rectricibusque caeruleis, abdomine rubro), quem MOLINA in hiſt. nat. Chil. vberius deſcripſit; *puniceus*; *carbunculus*; *guianenſis*; *tobaci*, *campylopterus* multique alii.

T.I.P.II. p. 555. Anſerum ordo vnico modo genere, quod *Aptenodytes* appellatur, auctus eſt. Quod roſtro recto anguſto ſubcultrato, pedibus compedibus palmatis atque alis pinniformibus eſt inſtructum, atque, exceptis nouis ſpeciebus, *Diomedeam demerſam* LINN., *Diomedeam chiloenſem chilenſemque* MOLINAE; porro *Phaëtontem demerſum* LINN. comprehendit. Nouae autem ſpecies ſunt *Apt. chryſocome*; *patachonica*; *Papua*, (roſtro pedibusque rubicundis, macula occipitali alba); *antarctica* (roſtro atro, pedibus rubicundis, linea gulari nigra); *magellanica*; *torquata* atque *minor*. *Anatis* generi quoque plurimas ſpecies adiecit, quarum praecipuae ſunt *Anas* ſcilicet *Olor* (roſtro ſemicylindrico atro, cera nigra, corpore albo); *melanocephala* (roſtro ſemicylindrico rubro, capite nigro, corpore albo); hybrida in Chili inſulis a MOLINA detecta anſeri eſt aequalis, collo vero breuiore alis pedibusque longioribus ab illo diſtinguitur. *Mas* vero eſt totus albus et roſtrum pedesque flauos habet, e contrario tota colore nigro, roſtro

ſtro pedibusque rubris *Femina* eſt ornata. *Coſcoroba* roſtro extremo dilatato rotundato, corpore albo, quae iisdem locis cum priori a MOLINA eſt obſeruata; *grandis*, *picta*; *variegata*; *regia* caruncula compreſſa, corpore caeruleo ſubtus fuſco, quae multo maior eſt, quam *boſchas*, etiamque in Chili habitat; *nilotica*, quam HASELQVISTIVS ad Nilum Aegypti ſuperioris detexit deſcripſitque; *Beringii*; *montana* (remigibus et capite ex ſplendide rubroviridi nitentibus); *borealis*; *torquata* [nigra, temporibus, faſcia oculari, ſuboculari et torque albis, lateribus colli caſtaneis], quam in littore maris Caſpii I. G. GMELIN primus viſit; *monacha*; *melanura*; *torrida*; *albicans*; quas 4. SCOPOLI detexit atque deſcripſit; *erythrorhyncha*; *rubens*; *iamaicenſis* aliaeque a LATHAMO primum obſeruatae; *glocitans*; *Stelleri* etc., quas a PALLASIO primum viſae ſunt; *lurida*; *kekuſchka* etc., quas in mari Caſpio S. G. GMELIN primum conſpexit; *Damiatica* alba, capite, collo ſuperiore, humeris caudaeque apice nigris, nuchae lunula ferruginea, remigibus ex vireſcente atris, quam ad Aegypti littora HASSELQVISTIVS primus reperit; *diſpar*; *diſcors* tectricibus alarum caeruleis, remigibus ſecundariis extus viridibus, faſcia frontali alba; JACQUINI ſpadicea, dorſo nigricante, roſtro pedibusque nigris, magnitudine *viduatae* et in inſula St. Dominici, vbi SUCCÉ incolis appellatur, habitat; *criſtata*; *obſcura*; *islandica*; *Nyroca* etc.: *arabica* vero, *alexandrina*; *Gattair*; *Sirſair* atque *Balbul* in Arabia a FORSK. primum ſunt detectae. Ad *Mergi Merganſeris* varietatem Caſtoris ſpeciem L. Auctor refert atque duas ſpecies addidit: *Imperialem* ſcilicet ex nigro, fuſco et griſeo varium, capite laeui, remigibus primoribus nigris, ſpeculo nullo, roſtro pedibusque ex rufeſcente albis, qui anſeris magnitudine formaque eſt, atque in Sardinia

dinia a Cel. CETTI primum eſt obſeruatus, *ſer-*
*ſer*que, qui a BESEKE Tom. VII. der berl. naturf.
p. 549. Geſellſch. eſt deſcriptus. *Alcae* genus maxime auc-
PALLASIO et LATHAMO incrementum cepit ſpe-
ciebus ſequentibus; *cryſtatella; tetracula; Pſittacula;*
*cirrhata*que ab illo: *antiqua* vero et *pygmaea* robore
nigro, vertice, ceruice, dorſo, alis, cauda pedibusque
obſcuris, iugulo et pectore glaucis, abdomine ſor-
p. 559. dide albo, ab hoc primum deſcriptae. *Pro-*
cellariis adiecit ex LATHAMO *obſcuram; pacifica,*
nigram ſubtus obſcuram, pedibus nigro-maculatis;
vrinatricem; fuliginoſam; *deſolatam*, quae in inſu-
la Deſolationis reperitur, et 11. pollices eſt longa;
melanopum; cineream; *albam*que; ex FORSTERO
modo *caeruleam;* ex BVFFONIO *vittatam*; nigram
atque *antarcticam*; tandemque ex COOKII itineribus
p. 566. *giganteam* et *griſeam*. *Diomedeae* genus tribus ſpe-
ciebus, quarum 1) et 3) ſic dictas *ſpadiceam* atque
p. 569. *fuliginoſam*, FORSTER et COOKIVS detexerunt, atque
2) *chlororhynchum* LATHAMVS primus deſcripſit. *Pe-*
lecani genus plurimis ſpeciebus nunc increuit. Quo-
rum *Pelec. roſeus* (gula ſaccata); *manillenſis* (fuſcus,
gula ſaccata), a SONNERATO detecti ſunt; *rufeſcens*
vero; *carolinenſis; erythrorhynchos* (criſtatus albus,
gula ſaccata nigro-ſtriata); *leucocephalos; Palme-*
ſtoni; violaceus; Vrile; magellanicus; *cirrhatus*,
aliique a LATHAMO primum deſcripti. *Naeuum* au-
tem b. COOKIVS in ſinu Reginae Charlottae primum
detexit; atque *Thagum*, fuſcum, cauda rotundata, gu-
la ſaccata, pennis breuibus cinereis tecta, MOLINA
primus vidit atque deſcripſit: Tandem vero parua
et *maculatus*, a BVFFONIO deſcripti, ſunt addita.
p. 581. *Phaëtontis* ſpecies in maribus auſtralibus praeſertim
inter tropicos repertae, roſtro compreſſo paululum
deorſum flexo, mandibula inferiore angulata, pedi-
bus tetradactylis palmatis atque cauda cuneiformi

facile

facile diſtinguuntur. Duas modo ſpecies Auct. addidit, vna ſcilicet a LATHAMO primum deſcripta, eſt *Phaëton Melanorhynchos*; altera vero eſt *phoenicurus* a BVFFONIO deſcripta. *Colymbi* genus triplici modo ſubordinauit; prima enim diuiſio comprehendit pedibus tridactylis praeditos, *Vrias* vel *Cephos*; ſecunda pedibus tetradactylis palmatis, *Mergos*; et denique tertia pedibus tetradactylis lobatis, ad quos Colymbi ſic dicti ab eo referuntur. Priori diuiſioni *Colymbus marmoratus* a LATHAMO; *lacteolus* niueus, roſtro pedibusque ex carneo fuſceſcentibus a PALLASIO detectus; atque *minor* (niger, alarum faſcia anguſta, genis ſubtusque albis) ex BRVNNICHII ornitholog., additi ſunt; ad alteram vero C. *Sinenſem*; *ſtriatum*, quos LATHAMVS habet, atque *ſtellatum* ex BRVNN. ornitholog. ſumtum refert, tandemque vltima *Col. ſubcriſtatum*, criſta capitis nigri breuiſſima truncata, taenia ſubocularis niuea, quem JACQUINUS in Auſtria ad Lacum Lanſee primum reperit atque deſcripſit; *cornutum*; *Parotidem* a SPARMANNO detectum; *ludouicianus*; *thomenſem*, *caſpicum* aliosque, comprehendit. Quod modo monuimus, Auctorem vno eodemque nomine eſſe vſum triuiali ad ſpecies duas diuerſas deſignandas, id et hic rurſus accidit. *Laros* partim PALLASIVS, *Briſſonus*, *Lathamus*, partim *Philippi*, *Brunnichius*, *Oedmannus* atque FALCK nonnullis ſpeciebus augere ſtuduerunt, atque ex his ab Auctore commemorantur *Larus minutus*; *hybernus*; *bourneus*, totus albus, orbitis croceis, roſtro pedibusque plumbeis; *erythropus*; *ichthyaetus*; *glaucus*; *argentatus*; *atricilloides*, ex rubicundo albus, capite, orbitis, colloque nigris, dorſo alisque cinereis, pedibus coccineis, quem FALCKIVS in *Sibiriae* auſtralis lacubus ſalſis primum detexit; atque *crepidatus* roſtricibus duabus intermediis longioribus. Ad Ster-

P. 583.

P. 594.

P. 603.

nae

nae genus ſpecies nouae referuntur *Caſpia*; *Cayennenſis*; *Surinamenſis*; *fuliginoſa*; *africana*; *ſimplex*; *lotica*; *Cantiata*; *panayenſis*; *cinerea*; *candida*; *vittata* etc., quae omnes potiſſimum maria incolunt et maxime piſces deuorant atque hominem non horrent. Nunc *Grallarum*, quibus 4 genera nouae ſunt addita, ordo ſequitur; *Scopus* nimirum roſtro craſſo, compreſſo, longo, recto; *naribus* linearibus, obliquis: *Glareola* roſtro breui, recto apice, aduncо, naribus ad baſin roſtri linearibus obliquisque, quod genus, excepta noua ſpecie, ſic dicta, *nacuia*, quam Cel. BRISSONVS primus habet, Hirundinis ſpecies, quae Pratincola in Edit. XII. appellatur, et *Tringa* vnam, quae *fuſca* audibat, continet: *Vaginalis* roſtro robuſto, craſſo, conico-conuexo, compreſſo, naribus exiguis ante vaginam conſpicuis, pedumque digitis ſubtus ſcabris; vnguibus ſulcatis, ad quod modo vnica ſpecies, quae *alba* dicitur, refertur: denique *Corcira* pedibus longis tetradactylis palmatis, digitis breuibus, roſtro breui, anguſto. Caeterum genera omnia ſpeciebus nouis ſparſim ſunt aucta, et praecipue *Ardeae* genus multas enumerat, quarum ſunt notabiliores *Ardea Maguari*; *dubia*; *torquata*, occipite nigro, criſtato, dorſo fuſco, collo et abdomine ſordide albis, pectore nigro, lunulis flaueſcentibus, quam MILLERVS in America ſeptentrionali primus viſit; *iamaicenſis* fuſca, ſubtus alba, capite ſubcriſtato, pectore et abdomine fuſceſcente ſtriatis, quae a LATHAMO ibidem detecta, et vnum pedem et 11 pollices longa, hominesque metuit; *caledonica*, ferruginea ſubtus alba; criſta occipitis tripenni, capillitio nigro, ſuperciliis albis, quae 22. pollices longa, et a LATHAMO quoque in noua *Caledonia* eſt detecta; *cayennenſis*; *leucogaſter*; *rufeſcens*; *Egretta*; *Agami* etc., quas BVFFONIVS primus deſcripſit; *Iohannae*; *ferruginea*; *Sinenſis*, fuſca, lituris pallidis, capite

p. 612.
p. 618.
p. 695.
p. 705.
p. 653.

laeui, cauda remigibusque nigris, et aliae, quae a LATHAMO deſcriptae ſunt; *erythrocephala*, occipitis criſta dependente rubra, corpore albo; *Ohula*, occipitis criſta et toto corpore albis; *cyanocephala*, vertice criſtato dorſoque caeruleis, alis nigris margine albis; *Galeata* occipite ſubcriſtato, corpore lacteolo, roſtro luteo, pedibus coccineis, quas MOLINA in regno Chilenſi primum reperit; *candidiſſima*, quae a JACQUINO primum deſcribitur; *Botaurus*; *Marſigli*; *danubialis*; *braſilienſis*; *flaua*; *bononienſis*, e. ſ. p. ex BRISSONI aliorumque ſcriptis ſumtae commemorantur. *Tantali* ſpeciebus additae ſunt *viridis* et p. 617. *guru*, quas S. G. GMELIN primum habet; *caluus*; *manillenſis*; *criſtatus*; *niger*; *cayennenſis* et *albicollis*, quarum mentionem BVFFONIVS primum fecit; *leucocephalus*, *melanopis*que, a LATHAMO primum; *Coco* autem a JACQUINO primum affertur, et *Pillus* facie, roſtro pedibusque fuſcis, corpore albo, remigibus rectricibusque nigris, quem ad lacus regni Chilenſi MOLINA detexit. Ad *Scolopacinas* ſpecies, quae etſi omnes ob mutationem, ab aetate et ſexu dependentem, difficillime diſtinguuntur, tamen quibus color pedum ruber eſt, probe ſeparandae a reliquis ſunt. Nunc referuntur nouae, prouti *borealis*, quam FORSTERVS primus deſcripſit; *africana*; *pygmea*; *luzonienſis*; *tahitienſis*; *leucocephala*; *cinerea*; *ſubarquata*, quae a GÜLDENSTAEDT in Nou. comm. Petrop. deſcripta eſt; *incana*; *griſea*; *noueboracenſis*; *nutans*; *melanoleuca*; *minor*; *maior*; *gallinaria*; *belgica* roſtro rectiſſimo, apice nigro, capite, collo et pectore ferrugineis, abdomine albo, dorſo, alis, cauda pedibusque nigris; *obſcura* roſtro recto purpureo, pedibus incarnatis, capite cinereo, remigibus ex atro griſeis; *indica*; *euronica*, quam Cel. BESEKE deſcripſit; aliaeque. TRINGIS adiecit *Erythropum*; *faſciatam*; *Keptuſchcam*, p. 654. p. 669.

cam corpore cinereo, vertice nigro, abdomine ni-
gricante, quam LEPECHIN in *Sibiriae* paludibus
reperit; *atram*, quae ad Rheni ripas a SANDERO
mum est obseruata: *virgatam*; *borealem*; *nouae*
rae; *variegatam*; *glacialem*; *cancellatam*; *leucopterum*
p. 683. *maritimam*, quas LATHAMVS primus habet. No-
vae *Charadrii* species praecipuae sunt: *Nouae Seelan-*
diae; *gregarius*; *asiaticus*; *mongolus*; *atricapillus*;
obscurus; *rubricollis*; *rubidus*; *sibiricus* fronte ex
albo et nigro varia, vertice nigricante fasciato, pe-
ctore fusco, fascia alba terminato, abdomine ferrugi-
neo, quem LEPECHIN in Sibiria primum oculis con-
spexit; *pileatus*; *coronatus*; *gallicus*; *curonicus* et
naeuius, quas duas posteriores BESEKE in T. VII.
p. 693. der berl. Naturf. Gesell. descripsit. Ad *Recurui-*
stras Scolopacis speciem albam sic dictam Auct.
retulit, atque *americanam*, capite colloque rufe-
scente, dorso nigro, corpore subtus albo, quam *Au-*
p. 697. *settam Dampierius* nominauit, his adiunxit. *Fulicae*
plurimis speciebus sunt auctae, quarum praecipuae
sunt *viridis*; *purpurea*; *flauirostris*; *cayennensis*; *ru-*
ficollis; *noueboracensis*; *maculata*; *fistulans*; *cinerea*;
leucoryx (nigra, alis albis), quae in *Suecia* habitat, est
atrae magnitudine atque statura; *Aethiops*, tota ni-
p. 705. gra; *americana* atque *mexicana*. *Parrae* sunt au-
ctae speciebus sequentibus: *Ludouiciana* scilicet;
cayennensi; *goensi*; *chilensi* (vnguibus modicis, pedi-
bus fuscis, occipite subcristato); *nigra*; *brasiliensi*;
viridi; *luzoniensi*, (subtus alba, digitis elongatis, pe-
dibus nigris); *africana* atque *sinensi* (digitis elonga-
p. 711. tis, pedibus virescentibus, corpore vinaceo). *Rallus*
genus nunc XXXI. continet species, quarum sunt
notabiles; *Rallus crepitans*; *troglodytes*; *phoeni-*
curus; *ferrugineus*; *Zeylanicus*; *australis*; *Sandwi-*
chensis (pallide ferrugineus, rostro obscure cinereo,
pedibus obscure incarnatis); *variegatus*; iamaicensis;
barba-

barbaricus etc. Tandem vero ad *Pſophias* vnicam p. 720.
ſpeciem, quae *vndulata* a JACQUINO eſt vocata, at-
que occipitis criſta breui, albida, pectorisque longa,
nigra dependentibus deſcripta, Auctor retulit. Ad p. 722.
Gallinarum ordinem *Otidis* atque *Struthionis* genera,
quae in Edit. XII. ad ordinem antecedentem relata
ſunt, Auctor nunc reduxit, praetereaque genus no-
vum, quod *Penelope* appellatur, adnexuit. *Penelope* p. 733.
autem eſt genus, quod roſtro baſi nudo, capite pennis
veſtito et gula nuda eſt, et praeter nouas ſpecies, nimi-
rum *cumanenſem* (nigram, criſta remigibusque pri-
mis albis); *Pipelen*, caruncula gulari caerulea, ventre
atro, dorſo fuſco atro-maculato); *Marail* atque *voci-
ferantem*, *Meleagridem Satiram* et *criſtatam* continet.
Didi ſpeciebus adiunxit *ſolitarium* et *nazarenum*, p. 728.
(nigrum, pedibus tridactylis). *Phaſiani* genus nunc
ſpecies x. comprehendit, e quibus *ſuperbi*, *Parrakae*, p. 737.
cochitani atque *criſtati* nouiter ſunt deſcriptae atque
ab Auctore additae. *Numida* duabus ſpeciebus eſt
aucta: quarum vna, quae *mitrata* dicitur, a PALLA-
SIO in *Madagaſcar* et *Guinea* detecta atque *caruncu-
la ad rictum gemina*, *plica gulari longitudinali*, deſcri-
pta eſt; altera autem *criſtata* ſic vocata, *caruncula
nulla*, *plica vtrinque ad rictum longitudinali*, in *Africa*
eodem primum viſa eſt, inter perdicem et me-
leagridem quoad magnitudinem quaſi media. *Tetra-* p. 746.
onis genus iam LXVI. ſpecies efficit, e quibus prae-
cipuae notatu dignae ſunt: *Tetrao nemeſianus*: *be-
lanus*: *rupeſtris*: *lapponicus*: *canus* (corpore ca-
nо, fuſco vndulato, roſtro pedibusque nigris) qui
a HARRMANNO in Helſingia Sueciae eſt detectus:
Nanaqua, (ſupra ſpadiceus, rectricibus duabus inter-
mediis longioribus ſubulatis) *indicus*: *arenarius*:
tetrix (pedibus ſeſquicalcaratis rubris, corpore
cinereo griſeo-vndulato): *viridis* (viridis, pedibus
roſtroque rubeſcentibus, area oculorum rubra, alis

ſpadiceis), quos LATHAMVS primum
Kakelik roſtro, palpebris pedibusque
ſtore cinereo, dorſo albo et cinereo
FALCKIVS in Bucharia, Chiwaque
hendit et ob vociferationem *Kakelik*
inſigniuit: *caſpius: gibraltaricus*
lidis, roſtro nigro, remigibus caudaque
p. 769. *daluſicus*, qui a LATHAMO ſunt deſcripti
mus vero tandem ordo, qui de *Paſſeribus*
duobus generibus nouis augmentum
p. 842. rum alterum, cui *Colii* nomen eſt
craſſo, ſupra conuexo, ſubtus plano,
vis, ad baſin roſtri, pennis fere tectis,
neiformi atque longa, gaudet atque
ſem nimirum, *ſenegalenſem, erythropum,*
p. 928. que *panayenſem*, continet: alterum
Phytotoma appellatur, roſtrum conicum,
ſerratum atque nares ouatas habet, vnica
ta dicta, quam MOLINA in regno *Chilenſi*
abſoluitur. Inter plurimas denique
genera in hoc in ordine incrementa
cipuas modo enarrare inprimisque
p. 769. lulum diligentius enumerare volumus.
dem *domeſtica*, cuius in Edit. XII. vt
mentio fit, nunc vt ſpecies propria ab
ratur atque 20 varietatibus diues
vero permultis ſpeciebus hoc genus
eſt. Ad quas *Columba naeuia, mexicana,*
roſtra, St. Thomae, aromatica, ſuratenſis,
Franciae, maculata; *corenſis* (cauda
denudatis atro-punctatis, corpore
ſis; *purpurata*: *Iambu*; *cruenta*; *ſurinamenſis*;
croura et *melanoptera* (corpore liuido,
p. 791. gris) pertinent, quam MOLINA in *Chili*
rit. Ad *Alaudas* acceſſerunt *minor*: *italica*,
na; *rubra, moſellana*; *malabarica*; *gingica*;

macroſa; vndata; ſenegalenſis; teſtacea, capenſis, africana, fibirica, obſcura, (ſubtus alba immaculata, vngue poſteriore digito minore), quam in *Sardinia* Cel. GMELIN reperit. *Sturni* quoque variis ſpeciebus ſunt aucti, e quibus modo enarrare volumus has: *Zeylanicum* ſcilicet, *carunculatum* et *dauuricum*, quarum priores LATHAMVS deſcripſit, tertiam vero PALLASIVS, *Loycam* autem MOLINA in *Chili* reperit, fuſco alboque maculatum, gula et pectore coccineum. *Turdi* genus CXXVI. ſpecies nunc numerat, e quarum copia nonnullae commemorandae ſunt: *Turdus* nimirum *africanus* nigricans, pectore pennis nigris rufo-marginatis tecto, roſtro flauo, pedibus cinereis, qui Africae incola eſt: *Aonalaſchkae, iamaicenſis, Sandwichenſis, pacificus; Shanhu; noui Hollandiae; craſſiroſtris; vlietenſis* ex rufo fuſcus, remigibus margine atris, cauda rotundata, atra; *pallidus; fibiricus*, niger, ore flauo, ſuperciliis tractuque ſub alis albis; *ruficollis; muſtelinus; camſchathenſis; hudſonius; noueboracenſis; leucurus* niger, uropygio caudaque albis, rectricibus apice nigris; *amboinenſis; albifrons; longiroſtris; fuſcipes: adanopis; nigricollis; labradorius* etc. qui fere omnes a LATHAMO ſunt detecti: T. *Seleucis* vero a FORSKÅHLIO Smyrnae eſt primum viſus et deſcriptus. Praeterea autem plurimae ſpecies in BVFFONII Hiſtoria et aliorum ſcriptis deſcriptae ab Auctore ſunt adiunctae. *Loxiae* partim a BVFFONIO, partim et inprimis a LATHAMO ſpecibus plurimis ſunt locupletatae. Praecipuae autem BVFFONIO ſunt L. *naeuia: macroura: dominicenſis: aurantia* etc. *indica, hamburgia; flauiuentris* etc. a LATHAMO vero *virginica; butyracea; afra; aſiatica; lineola: erythromelas,* (rubra, capite gulaque nigris, quae in Cayenna habitat, et 9 pollices eſt longa: *maculata: obſcura: americana* etc. *Fla-*

p. 801.

p. 806.

p. 843.

mengo, *Totta* et *Carlsoni* a SPARRMANNO primum
p. 866. sunt detectae descriptaeque. *Emberizae* etiam [illegible]
tas species comprehendunt atque ex his sunt [illegible]
biliores *Emberiza passerina*; *pusilla*; *rustica*; [illegible]
spodocephala; *chrysophrys*, *rutila*, quas PALLA-
SIVS primum habet; *maelbyensis*, capite [illegible]
que ex plumbeo cinereis, gula albida, abdomine fer-
rugineo, quam SPARRMANNVS in Suecia reperit;
ferruginea; *militaris*; *Sandwichensis*; *vnalaschensis*;
fusca etc. a LATHAMO: *coccinea* et *Rudensis*
p. 888. a SANDERO descriptae etc.: *Tanagris* species non a
BVFFONIO solum et BRISSONO, sed etiam a LATHA-
MO et SPARRMANNO primum descriptas, addidit et
vnam *Muscicapae* speciem, quae *rubra* dicitur, ad
hoc genus reduxit. Species autem nouiter detectae
atque descriptae sunt: T. *variabilis*; *sibirica*, [illegible]
apicibus plumarum interscapulii vropygiique can-
dide et discrete ciliatis, quam SPARRMANNVS in
Sibiria detexit, est turdi iliaci magnitudine et alau-
p. 900. dae affinis. *Fringillae* genus species plurimas nunc
comprehendit, ex quarum copia nonnullae modo
sunt commemorandae, vtpote *psittacea*, (viridis, fa-
cie, gula, vropygio caudaque cuneiformi coccineis);
afra: *leucotis*; *zeylonica*: *ignita*: *carthaginensis*, (to-
ta ex cinereo fusco et flauo varia): *aethiops*, (tota
aterrima, oculorum iride rufa), quas duas JACQUI-
NVS primus descripsit: *fusca*; *naeuia*: *Eustachii*:
Diuca, caerulea, gula alba, quae a MOLINA in Chili
est reperta: *coccinea*: *fasciata*: *Nortoniensis*: *hiemu-
lis*: *rosea*: *torquata*; *pinetorum*: *syluatica*, quae duae
a LEPECHINO in Sibiriae pinetis sunt repertae: *ochra-
cea* vero et *testacea*, a JACQUINO primum sunt de-
p. 929 scriptae etc. *Muscicapae* itidem industria et detectio-
nibus Cel. virorum saepius commemoratorum spe-
ciebus permultis increuerunt; e quibus paucae sunt
modo enumerandae: M. *fuliginosa*: *sibirica*: *ery-*
thropis:

vropis: *cinnamomea*: *nigrifrons*: *leucura*: *comata*, nigra, ſubtus vropygio, rectricumque intermediarum apice albo, criſſo flauo, capite criſtato, quae Zeylon inhabitat; *flauicollis*; *noueboracenſis*: *Aëdon*, ſubtus ex flaueſcente alba, rectricibus ex cinereo fuſcentibus elongatis, mediis ſubaequalibus, extima vtrinque longe breuiore, quae in Dauuriae rupeſtribus a PALLASIO eſt primum viſa; *ferruginea*; *nigra*, tota nigra, roſtro, capite, interſcapulio pedibusque atris: *ochracea*, collo et pectore ex cinereo ferrugineis, alis et cauda ex nigro cinereis: *albifrons*, ſupra ex nigro fuſca, iugulo et pectore albidis, abdomine dilute ferrugineo, fronte albido, roſtro pedibusque nigris; quas tres SPARRMANNVS deſcripſit, ſicuti etiam *dichroam* atque *deſerti*. *Motacillae* genus ſpecies nunc CLXXIV comprehendit: hae ſunt notatu dignae; *Motacilla longicauda*; *ruficauda*; *fuſcicollis*; *americana*; *albida*, dorſo tectricibusque cineraſcentibus, roſtro pedibusque purpuraſcentibus, quam JACQUINUS deſcripſit; *indica*; *tſchutſkienſis*; *albicapilla*, nigra, ſubtus exalbida, gula, macula verticis et oculorum alba, quae in *Sina* a LATHAMO eſt reperta: *pileata*: *hotentotta*: *melanocephala*, ex vireſcente cinerea, ſubtus griſea, vertice nigro, oculorum faſcia rubra, et *moſchita*, plumbea, pileo rufeſcente, quas duas Cel. CETTI primus habet: *ferruginea*: *ſtriata*: *Blackburniae*: *Calliope*: *longiroſtris*, cinerea, ſubtus atra, roſtro longo, a S. G. GMELINO in montibus ad mare Caſpium detecta: *murina*: *magellanica*: *dumetorum*: *luteſcens*: *dwatcha*: *atrata*: *Cyana*, tota cyanea, ſubtus niuea, ſtriga a roſtro ad alas atra, quam PALLASIVS in Dauuriae campis rarius reperit: *gularis*, ſupra ferruginea, ſubtus alba, gula, alis caudaque nigris, quae in America auſtrali a MILLERO eſt obſeruata: *Tſchecantſchia* multaeque aliae huc transferendae. Ad *Piprae* genus ſpecies nonnullae acceſſerunt, nimirum *P. ſuperba*, a p. 950. p. 998.

LASIO detecta: *torquata; grisea; striata;* [illegible]
p.1105. *atricapilla: papuensis: capensis: cinerea* [illegible]
quoque speciebus sunt aucti, *Paro* scilicet [illegible]
Cyano; saebyensi: griseo: afro: capensi: [illegible]
albo subtus macula continua, linea oculari [illegible]
lari liuidis, quem LEPECHINVS in Sibiria vidit: [illegible]
p.1015. *torio: coccineo: indico,* aliisque. *Hirundines* [illegible]
habent multas nouas, sicuti *tahiticam: borbonicam:*
francicam: panayanam: sinensem: acutam: vnalaschkensem, peruuianam etc. Vltimum vero [illegible]
p.1027. hunc ordinem pertinens sistit *Caprimulgum,* cui species variae ab Auctore sunt adiectae: et *Caprimulgum minorem americanum,* qui in Edit. XII. sub *Capri europaei* varietate enumeratus est, vt speciem propriam nomine *virginianae* Auct. nunc numerat, et praeter duas in Edit. XII. commemoratas, adiectae sunt *Caprimulgus carolinensis, griseus, iamaicensis, grandis, rufus, brasilianus, americanus, torquatus* et nonnullae aliae.

IX.

Kleine physicalisch-chemische Abhandlungen, aus den chemischen Journalen gesammlet, und mit einigen Verbesserungen und Anmerkungen herausgegeben, von IOHANN FRIEDRICH WESTRUMB, *Apotheker in Hameln, Mitglied der Academie der Wissenschaften zu Erfurt, und der naturforschenden Gesellschaft in Berlin. Leipzig in der I. G. Müllerschen Buchhandlung.* 1788. 8. *pag.* 248.

i. e.

Tractatus minores physico-chemici, olim diariis chemicis inserti, iam emendationibus atque animaduersionibus adiectis, iunctim editi a IOH. FRID. WESTRUMB.

Eo

Eo in primis consilio Cl. Auct. hancce tractatuum suorum vt et obseruationum, in diariis chemicis Crellianis passim dispersorum, suscepit collectionem, vt votis bibliopolae, qui tractatus ipsius chemicos in linguam latinam translatos opusculis illis Bergmanianis et Scheelianis comites adiungere apud animum constituit. Propter incrementa vero, quae ars chemica ab illis inde annis, quibus isti tractatus primum prodierunt, cepit; non potuit non fieri, quin plures et emendationes et animadversiones essent adiiciendae, quas quidem Auctori variis de caussis in praefamine recensitis, non ipsi textui inserere, sed eidem subiicere placuit. Obseruationes vero per litteras olim cum CRELLIO communicatas, e suis diariis ita suppleuit, vt formam tractationum minorum iam induerint.

1) *De acidi salini per spiritum vini mediante magnesia vitriariorum dulcificatione, et de naphtha sui generis, quae exinde producitur.* (*Neue Entdeck.* Tom. IV. 1782. pag. 58 seqq. Tom. VI. 1782. pag. 101. seqq.) — Ante plures iam annos W. vario modo huius acidi tentauit dulcificationem. Id ipsum enim admodum concentratum super magnesiam vitriariorum destillauit, acidumque quod exceperat, dephlogisticatum quidem, volatile vero et perquam tenue, variis rationibus cum spiritu vini miscuit, digessit, destillauit, nunquam tamen, spiritu salino exacte dulcificato potitus fuit. Iam miscelam a GMELINO commendatam, ex sale communi, acido vitriolico et spiritu vini, cui aliquam magnesiae vitriariorum addiderat partem, summisit destillationi, euentusque votis respondit. Non solum enim spiritum salis exacte dulcificatum, sed sufficientem quoque olei grauis, aromatici, vrentis, oleo caryophyllorum similis copiam collegit. Quod vtrumque productum, tum spiritum egregie dulcificatum, tum p. 1.

oleum graue, etiam abſque acido vitriolico [illegible]. Iure igitur ex hisce experimentis ſequentia [illegible] xit: Acidum vitriolicum nihil ad olei [illegible] contuliſſe; acidum ſalinum, ſi modo fuerit [illegible] ſto orbatum, intimum quidem cum ſpiritu vini [illegible] ire connubium, longe vero minorem cum [illegible] olei copiam, quam cum reliquis acidis [illegible] et vegetabilibus, conſtituere; illudque ipſum [illegible] magis ad veri olei naturam accedere, quam illa olea et naphthae, quae per acidum nitroſum, [illegible] atque alia parantur. Sine vllo vero in valetudinem detrimento ſpiritus ſalis dulcificatus hac via per magneſiam vitriariorum confectus, in vſum adhiberi medicum, ſi modo, ne antimonii quid ſit admixtum, quo HEYERVS magneſiae Ilefeldenſem inquinatam eſſe cognouit, diligenter caueas.

p. 17. 2) *Tentamina ad modum, quo magneſia vitriariorum in acidum ſalis agat, finiendum, ad aliorum quorundam acidorum dulcificationem peragendam, et ad eam magneſiae vitriariorum partem conſtituendam, quae acidorum dulcificationi inſeruiat, eruendam inſtituta.* (*Neue Entd.* Tom. VIII. 1783. pag. 8 [illegible] ſqq.)

— Acidum ſalis ſuper magneſiam vitriariorum abſtractum minime alius acidi, forte nitroſi, indutae naturam, ſed phlogiſto modo orbatum, odorem aquae regalini ſpargit. Magneſia vero illo ipſo tempore impraegnatur phlogiſto, partem acidi attrahit, iamque aqua facilius ſoluitur. Hinc repetita vnius eiusdemque acidi ſuper magneſiam recentem deſtillatione, omne acidum eo, quod cum magneſia connubium inire ſolet, interit. Acidum hac vi phlogiſto ſuo priuatum, maxima in phlogiſton vim trahitur affinitate, cum eodem in acidum volatile abit, quod virtute gummi guaiacum tingendi praeditum eſt. Vis enim illa guaiacum tingendi, qua acida ſalis et nitri dulcificata gaudent, a phlogiſto ſubtili, quod

hisce

hisce acidis inhaeret, deriuanda eſt. Hiſce igitur ſultus tentaminibus W. eorum ſententiam, qui effectus acidi ſalis dephlogiſticati in ſpiritum vini ex illius natura deducunt, qua acidum multo aëre puro copulatum, vel principio oxygenetico abundans ſtatuunt, improbat. Neque minus vi quoque alia p. 25.
acida dephlogiſticandi, ipſorumque in ſpiritum vini effectus augendi, magneſia vitriariorum pollet, quod acidis vitriolicis, phoſphoreo, tartareo et benzoino, difficilius dulcificandis, probauit. In ipſa vero ma- p. 31.
gneſia vitriariorum parte conſtitutiua, quae acida phlogiſto orbet, finienda, a ſententia ſua olim captu, receſſit. Auctoritate enim ILSEMANNI deceptus magneſiam partem magneſiae vitriariorum conſtitutiuam habuit, illique ipſi vim dephlogiſticandi tribuit. Acido aëreo, quod partem magneſiae vitriariorum efficit, Auct. nihil tribuendum eſſe conſtet.

3) *De acido ſacchari, vt parte acidorum vegetabilium conſtitutiua.* (*Neue Entdeckung.* Tom. X. 1783. pag. 84 ſqq.) Ad ſententiam ſuam acidum ſaccharinum elementare regni vegetabilis acidum conſtituere, quod cum reliquis partibus, haec acida conſtituentibus, varias horum formas efficiat, confirmandam, tentamina quaedam cum ſaccharo lactis, tartaroque depurato inſtituit, votisque potitus eſt. Edoctus vero ſimul hiſce fuit laboribus: tartarum ea, quam ſibi eligerat, via difficilius ita decomponi poſſe, ne partim acido ſaccharino aliquid nitroſi adhaereat, partim acidi tartarei particula nondum decompoſita reſtet; acidum ſaccharinum exacte dephlogiſticatum, priſmatum, iuſto vero minus phlogiſto orbatum, ſquamarum ſiue foliorum formam ſubire; acido nitri, quod ad dephlogiſticationem impendimus, virtutem tincturam guaiaci caeruleam tingendi conciliari, quae ipſa eo inſignior erit, quo

maiori phlogisti copia acidum nitrosum fuerit impraegnatum. Facile quis, cum acidum nitrosum plerumque salino inquinatum sit, hoc processu potest deduci, vt salinum elementare regni vegetabilis habeat.

p. 53. 4) *Quaedam de partibus sanguinem et lixiuium sanguinis constituentibus tentamina, quibus aliae animaduersiones huc pertinentes annexae sunt.* (*Nou. Act. Upsal.* Tom. X. 1783. pag. 143. seqq. Tom. XI. 1784. pag. 136 seqq.) — Lixiuium sanguinis phlogisto, acido, et substantia quadam sali ammoniaco simili, quae cum alcali fixo, volatili vel terra calcarea coniunctionum inierunt, constituitur.

p. 71. 5) *De incensione, quae ex coniunctione magnesiae calcinatae cum oleo vitrioli efficitur.* (*Chemische Annalen* 1784. Tom. II. pag. 329. 432. seqq. *Comment. nostr.* Vol. XXVIII. pag. 280.) — Vt omnia in hoc tentamine ex voto succedant, acidum vitrioli, quod impendimus, phlogisto impraegnatum sit, aër ab omni parte sine vllo impedimento accedat, et si solam magnesiae incandescentiam, scintillarumque eiaculationem intendimus, acido vitriolico minus phlogisticato opus erit. Cuius quidem phaenomeni ratio Auctori optime ita explicanda esse videtur. Sub ipsam acidi in eam terrae, quam solus actionem, ignis specificus vtriusque corporis emergitur, eiusque pars maxima vt calor sensibilis prodit. Propter summam vero celeritatem, qua omnis haec actio absoluitur, calor absolutus maxime concentratus efficit, vt magnesia incandescat, acidum vitriolicum ebulliat, vaporesque ex ipso emergentes, magnesiam incandefactam secum abripiant, usque phlogiston, quod acido phlogisticato inhaeret, flammam concipiat. Acidum nitrosum sine phlogisto impraegnatum fuerit, siue dephlogisticatum, vt et acidum nitri fumans et butyrum antimonii spissatum,

ſpiſſatum, nunquam potuerunt efficere, vt terra incanduerit, multoque minus vt flammam ceperit. Indeque phlogiſton in acido nitroſo forma longe ſubtiliori, quam in vitriolico, latere ipſi videtur. Deducit ex hisce phaenomenis: flammam ſine phlogiſto nunquam proferri, cum ignis ad excandeſcentiam modo conferat, phlogiſton vero ipſi flammae producendae par ſit; Beccherianorum phlogiſton non ſola imaginatione, vt multi recentiorum demonſtraſſe ſibi videntur, niti.

6) *De ratione metalli ad materiam tingentem in* p. 81.
caeruleo Berolinenſi, experimenta chemica. (*Beytraege zu den chemiſchen Annalen* Vol. I. Faſc. I. 1785. pag. 42 ſeqq.) — Sententiae chemicorum in ratione metalli ad materiam tingentem in hocce pigmento aſſignanda, admodum diſcrepant. BERGMANVS in ſex caerulei partibus vnam circiter ferri particulam, WINTERLVS vero in quinque vnam partem contineri ſtatuunt. Noſter vero W. tentaminibus ſuis, diligentiſſime peractis, ſententiam WIEGLEBII, dimidiam circiter caerulei Berolinenſis partem metallum explere, confirmauit. Optimam hac occaſione viam ferrum e lixiuio ſanguinis praecipitandi, quam ipſe ſolet ingredi, in aliorum vſum hic vberius enarrauit. Acidum materiae tingentis non cum SCHEELIO aëreum, ſed animale potius, ſiue, quod idem eſt, phoſphoreum, habet. p. 95.

7) *Experimenta quaedam chemica cum* Trifolio p. 101.
pratenſi LINNAEI *inſtituta.* (*Chemiſche Annalen* 1787. Tom. I. pag. 215. ſeqq. 319 ſeqq.) — Cum in plantarum analyſi multum referat, quo anni tempore legantur, et in quo ſolo fuerint nutritae, Auct. Cl. ſe plantam hancce tempore auctumnali, quo ex parte iam defloruerat, in ſolo argillaceo, inferius non calcareo collectam, ad examen adhibuiſſe, ſtatim initio bene monuit. In ipſis tentaminibus ſuis

ita

ita versatus est, vt herbam et humida et [illegible] tractaret, residua de hisce laboribus vlterius [illegible]veret, succum denique ipsum examini [illegible]

p. 108. Per destillationem quidem spiritus vini alcoholi[illegible] super plantam nostram, ipsi parum vel nihil spiritus rectoris BOERHAAVII, nihil pene olei essentialis, parum vel nihil resinosi, multas vero mucilaginosas,

p. 111. adeoque nutrientes partes inesse cognouit. Analysi per aquam et acida propiores partes constituentes: aquam, phlogiston, acidum tartari tum liberum, tum ligatum, alcali et liberum et ligatum, terram calcaream tum liberam, tum ligatam, tartarum vitriolatum, sal digestiuum, terram siliceam, argillaceam et ferrum elicuit. Per destillationem vero

p. 118. siccam ex duabus trifolii sui libris excepit:

	Vnc.	Drachm.	Gr.
Aquae et acidi fluidi	20	—	—
Olei empyreum. subtilioris	—	1	20
einsdem crassioris	3	5	30
Carbonis	5	4	—
Sublimati salini	—	—	7
	29	2	57
Adeoque	2	5	3

forma aëris inflammabilis vegetabilis, qui ex acido aëreo et aëre puro inflammabili constituitur, auolarunt. Singula, quae per destillationem siccam eruerat, vlterius dissoluit. Acidum plantae nostrae empyreumaticum, acidum tartareum, quod maiori aceti copia fuerat inuolutum, obtulit. Olea illa varia repetita vice rectificata, alcali volatilis vestigia ostenderunt. Exigua sublimati pars, quae collo retortae assederat, quantum examen admisit, vt sal ammoniacum vel cum animali vel vegetabili acido copulatum stetit. E carbone residuo salia fixa, sal digestiuum, alcali et vegetabile, et minerale, tartarum vitriolatum obtinuit. Terra, quae post salium elixi-

vationem

vationem reſtitit, terram ſiliceam, calcaream, argillaceam, ferrum, et ferrum phoſphoratum (?) effecit. Ipſum denique trifolii ſuccum in partes conſtituentes, aquam, tartarum, calcem tartaream, tartarum vitriolatum, ſal digeſtiuum, terram argillaceam et ferrum, gummi, materiam reſinoſam et terram ſiliceam diſſoluit. In eo igitur ab ipſo trifolio differt, quod ferro phoſphorato, quod ſibi in carbone poſt deſtillationem herbae ſiccam reſiduo deprehendiſſe viſus fuerat, careat, neque tantam particularum terrearum copiam inuoluat. p. 132. p. 141.

8) *Tractatus minores*: 1) *Modus alcohol aceti, acidum aceti dulcificatum, eiusque naphtham parandi.* (*Neue Entdeckungen* Tom. V. pag. 91. Tom. VII. pag. 90.) Auct. hanc viam magno et temporis et ignis compendio ingredi ſolet. 2) *Experimenta de naphtha ſalina per zincum ſalitum conficienda.* (*ibid.* Tom. VII. 88.) Nihil naphthae, oleum modo flauum ſpiritumque dulcificatum, hoc labore excepit. p. 143. 3) *Obſeruationes quaedam de auro fulminante.* (*ibid.* Tom. IX. 79.) Tentaminibus ſuis edoctus, per aquam calcis puram ex ſolutione auri pura nunquam calcem auri fulminantem praecipitari poſſe, contra WIEGLEBIVM aſſerit. Alcali enim volatile, ſi aurum fulminans parari ſumus, neceſſario requiritur. p. 144. 4) *Stanni in formam coaguli ſolutio.* (*ibid.* pag. 81.) Ad parandam hanc ſolutionem, quo maior phlogiſti retineatur copia, ſtannum pedetentim ſoluere expetit. p. 147. 5) *Tentamina cum gummi Maſtichis.* (*Chem. Annal.* 1784. Tom. I. pag. 42. *Commentar.* Vol. XXVIII. pag. 269.) His experimentis, acidum maſtichis parandi conſilio ſuſceptis, non ipſo acido, ſed ſapone maſtichis, qui medico forte inſeruire poteſt vſui, potitus eſt. p. 148. 6) *Sal Olei oliuarum* (*ibid.* p. 229. *Comment.* V. c. p. 271.) analogum fuit ſali benzoino. p. 149. 7) *Experimenta quaedam cum acidis vegetabilium* (*ibid.* 335.) p. 152.

Varia

Varia ratione salia acetosellae, succini, benzoes, vel et acetum cum acido nitroso tractauit, ipsa quoque phlogisto priuauit, nunquam vero acidum succinum obtinuit. 8) *De acido aëreo* (*ibid.* 526.) Ex Auct. sententia hocce acidum sub ipsam euolutionem per aërem purissimum et phlogiston formatur. Indeque varia aërum genera, ex diuersis corporibus euoluta, a principiorum, quae sub ipsam euolutionem admiscentur, diuersa indole deducenda sunt.

p. 160.

p. 162. 9) *De alcali phlogisticato.* (*Annal.* 1784. Tom. II. 41. 524.) Eodem, quo reliqua, lixiuium sanguinis quoque secundum W. formulam paratum, laborat vitio, quippe quod non omni careat inquinamento ferreo. Explicandi sunt exinde varii illi errores, et vsu alcali phlogisticati obuii. 10) *Num acido nitri vis vitrum soluendi tribuenda?* (*ibid.* pag. 232. *Commentar.* Vol. XXVIII. pag. 278.) sub quibusdam conditionibus. 11) *De tartaro antimoniato* (*ibid.* pag. 443. *Comment.* V. cit. 281.) Improbat methodum a quodam commendatam, per diligentiorem cremoris tartari cum vitro antimonii triturram, tartarum parare emeticum, longeque aptiorem HOEPFNERI formulam iudicat. 12) *De aquae in aërem commutatione.* (*Annal.* 1785. Tom. II. p. 499. 1786. Tom. II. p. 526. *Comment.* V. cit. pag. 298.)

p. 164.

p. 166.

p. 176. 13) *De salis culinaris per calces praecipue plumbeas decompositione.* (*Annal.* 1787. Tom. II. p. 143.) Frustra Auct. hanc decompositionem vtraque via tentavit, quin ne adiecto tertio corpore, calce tum vino tum exstincta, maiorem alcali partem, quam solo lithargyrio, separauit. Suadet igitur plura cum aliis terris suscipere experimenta.

p. 181. 9) *De aëris inflammabilis natura.* (*Beytraege zu den Annal.* Tom. II. p. 81 sqq. 165 seqq.) — Inseruit haec commentatio commentario in librum SENNEBIERII, quo analysis aëris inflammabilis tractatur.

tur. Omnis S. ſententia eo redit: aërem inflammabilem non elementum conſtituere, ſed principio ſalino, aqua et phlogiſto formari.

X.

Anatomiſches Handbuch von D. IVST. CHRIST. LODER, *Hofr. und Prof. zu Jena. I. Band. Oſteologie, Syndeſmologie, Myologie. Mit 2. Kupfern. 709. Jena* CIↃIↃCCLXXXVIII. 8.

h. e.

IUST. CHR. LODERI compendium anatomicum. Vol. I. oſteologiam, ſyndeſmologiam et myologiam continens.

Nos de noui huius compendii anatomici editione certiores factos, ſtatim ob nomen auctoris, anatomicarum rerum gnariſſimi, aluit ſpes certiſſima, fore, vt non praeſtans ſolum ſit opus editum; ſed etiam ad tironum vſum maxime fructiferum. Neque, cum ſatis attente illud perlegiſſemus, illam ſpem nos fefelliſſe, ingenue fatemur. Sed vt Lectores aliquam huius libri cognitionem habeant, pro noſtri inſtituti ratione generaliora quaedam ad eum pertinentia commemorare, nunc quid animum conſtituimus noſtrum. In conficiendo ſcilicet hoc libro maxime in eo elaboratum eſt, vt in tironum manibus de corporis humani ſtructura compendium ſit integrum omnibusque partibus abſolutum. Deinde omnis auctoris cura atque ſtudium eo rediit, vt ne tractandarum rerum fines plus, quam decet, vel amplificarentur, vel coarctarentur. Denique omnes in deſcribendis corporis humani partibus digreſſiones phyſiologicas ſtudio ſunt omiſſae. Qua quidem in re neque

nos,

nos, neque, vt auguramur, multos alios habi-
consentientes Cl. auctor. Ex noſtra enim ſen-
quam vſus atque experientia confirmare vi-
ſtudium anatomicum, niſi diſcentium ardor
cupiditas vel plane extinguenda vel ſaltem imi-
nuenda eſt, rebus phyſiologicis eſt condiendum.
Quid? quod nonnullarum corporis partium fa-
ctura minus intelligitur, niſi oeconomiae eius ratio
ſimul habita fuerit. Neque multum certo fallimur,
ſi auctorem ipſum huius plenariae diſtinctionis
anatomiae a phyſiologia noxam quibusdam locis
intellexiſſe opinamur. Caeterum neque veterum
neque recentiorum anatomicorum ſcripta plane in
edendo hoc compendio neglecta ſunt, potius ſum-
mo cum ſtudio atque diligentia ad deſcriptionem
partium corporis humani in illis exhibitas reſpexit
celeb. auctor, ſic tamen, vt ne ex illis libris excer-
ptis nouus componeretur, ſed plurima deſcriptio-
num pars ex ipſis deſumeretur cadaueribus. Nomi-
na oſſium ab WINSLOWIO et WALTERO, ligamen-
torum a WEITBRECHTO et muſculorum ab ALBI-
NO petita ſunt. Nouarum denominationum inuen-
ſtudium plane, de quo valde laetamur, neglectum
vidimus. Vernaculis partium haud paucis denomi-
nationibus latinae et graecae adiectae ſunt. Non-
nullis tamen corporis humani partibus latinae tan-
tum et graecae imponuntur, vernaculis eam ob cau-
ſam omiſſis, quum aut compoſitionem plurium no-
minum graecorum minus apte exprimant, aut au-
bus receptae denominationi adſuetis, nimis horrida
ſonent, e. g. *das Darmlenden-Band*, Ligam. ileo-
lumbale etc. In quo tamen alia nobis mens eſt. Ma-
xima circa hanc vernacularum denominationum
anatomen introductionem difficultas verſari non
videtur in eo, quod plurimis anatomicis, qui a pri-
ma inſtitutione latine graeceque partes corporis
anima-

animalis cognominari audiuere, cognominaruntque ipſi, nouarum denominationum ſtudium laborem faceſſeret, cui ſe lubenter ſubtrahunt. Sed vti nomina corporibus naturalibus ab immortali LINNAEO impoſitis initio quidem multoties et acerbe reprehenſa, ſenſim tamen ab omnibus fere hiſtoriae naturalis cultoribus recepta ſunt, ita etiam ex anatomicis libris, germanica lingua conſcriptis, breui omnia barbara h. e. peregrina partium nomina exulatura eſſe confidimus. Quod nunc ad ordinem deſcriptionum attinet, ille non eſt alius, quam qui in partibus corporis animalis in ſtatu naturali obſeruatur. Qua re egregie ſubleuantur, qui deſcriptas partes in cadauere reperire conantur: quin hac methodo cognitio topographica corporis humani medico practico et chirurgo aeque neceſſaria, admodum promouetur. Libro denique huic annexae tabulae, recte accurateque ſunt delineatae, obiter vero et ſine elegantia cupro inſculptae.

XI.

CHRISTIANI FRIDERICI LVDWIGII, Profeſſoris Lipſienſ. Icones cauitatum thoracis et abdominis a tergo apertarum. Lipſiae apud Cruſium CIↃIↃCCLXXXIX. Pag. XX. in fol. min.

Cum haud ſane eſſet condemnendum HVNTERI et SCARPAE monitum, quo encheireſin a tergo ordiendam in adminiſtratione viſcerum thoracis et infimi ventris maximopere commendant; Cl. Auctor non encheireſin ſolum illam imitari, ſed et viſcera, hoc modo in conſpectum venientia, depingenda et delineanda curauit. Iure meritoque igitur et tironibus in anatomicis rebus et veteranis lectionem huius libelli ſuadere poſſumus, certiſſime

perſuaſi, ipſos multum vtilitatis et voluptatis inde esſe capturos. Vt vero et hic habeant Lectores, quod ibi fuſius doctiusque dictum et expoſitum deprehendent, nunc nonnulla huius opuſculi capita pro inſtituti noſtri ratione breuiter recenſebimus. Auſpicatur Clar. Auctor libellum diſſertatione de nonnullis adminiſtrationibus anatomicis, et nomina virorum profitetur, qui illarum leges in codicem collegerunt. Inter adminicula referuntur iniectio, maceratio, corroſio, exſiccatio, induratio et in aptis liquoribus conſeruatio, etſi MORGAGNII exemplo probatur, his omnibus ſaepe carere poſſe anatomicos.

Quod de ſitu partium corporis humani in vna qualibet adminiſtratione anatomica hic in medium prolatum eſt, omnem, niſi fallimur, diſſectorum attentionem meretur. Situs enim, ſecundum Noſtrum, illuſtrat partis formam, magnitudinem, numerum, proportionem, nexum et conſpirationem cum vicinis partibus et ſi vnius partis ſitum ignoreris, alterius quoque poſitum non rite intelliges neque omnium reliquarum ad eandem rationem. E magno anatomicorum numero de ſeruata ſitus ratione laudantur WINSLOWIVS, HALLERVS, EVSTACHIVS, HIGHMORE, LOBSTEINIVS, CAMPERVS et HVNTERVS.

Porro placita et decreta Auctoris de deſcriptione anatomica aeque ex noſtra ſententia praeſtantia ſunt, ac illa de adminiſtratione.

Illa nempe neque nimis ſit fuſa, neque nimis breuis, neque minus perſpicua, accurata tamen et vera. Vtitur anatomicus in ea conficienda artis terminis bonis, ſermone proprio et dilucido, reſpiciat ad ſitum, figuram, faciem, nexum, numerum, proportionem, texturam, vſum et ad notiſſima aeque ac ea, quae fortaſſe non omnibus ſunt nota, vel quae videantur

esse notatu digna. Sequatur ordinem administrationis et adiiciat illi nonnunquam nominum derivationes, synonymicas descriptiones, icones earumque diiudicationes, partium mensuras etc.

Finita hac tractatione iconum anatomicarum examen instituitur rigorosum, et leges praescribuntur, quibus illae aut conficiendae aut diiudicandae sunt. Quas quidem leges, vt ingenue fateamur, etsi plures earum ad vsum sunt vberrimae, aliqua tamen ex parte sic se habent, vt nomen nostrum iis subscribere haud possimus. Inuiti enim monemus, paucissimis anatomicis leges, e quibus conficiendae et diiudicandae sunt imagines anatomicae, innotuisse et adhuc innotescere. Res igitur non grauissima solum, sed etiam subtilissima est, neque vulgarem anatomes et artis pictoriae cognitionem requirit. Cum enim superficies humani corporis externa, siue quod idem est, hominis forma ex natura eius arte tantum digna sit, et vix vel primum musculorum stratum, vel sceleton artificis attentionem excitet; non est, quod miremur, reliquas omnes interiores partes ex earum natura infra artis dignitatem esse, neque artifici vllum artis suae obiectum esse posse. Quae res arte minus dignae cum tamen in vsum anatomicorum delineandae atque depingendae sunt; nonnullarum natura atque conditio quasdam artis regulas et praecepta e. g. optices et luminis effectus vel respuit, vel admittit. In conficiendis igitur et diiudicandis iconibus anatomicis respiciendum primum est ad duo haec momenta: 1. Vtrum res delineata arte digna fuerit. 2. Vtrum artis regulas admiserit, an respuerit plures. Deinde considerandum est artificis ingenium, linearum ratio, dexteritas, cura atque diligentia. Ex his elucebit: res in naturali actione, id est, viuas, neutiquam vero sine actione et vita esse delineandas: porro linearum

externarum rationem naturae et arti esse [illegible] modandam: dein ſitus rationem habendam [illegible] vt delineatae rei natura, forma atque figura, [illegible] anatomici et artificis ingenium praecipue [illegible] Sed vt ſpatii rationem habeamus, haec ſatis [illegible] ſunto. Nunc iuuat ex hisce paucis, quae [illegible] ſimus, praeceptis quasdam Auctoris examinare [illegible] ſertiones. Quod igitur ad ordinem attinet, qui [illegible] inter auctores conficiendis iconibus anatomicis [illegible] ſeruandus eſt, ALBINVS ille primum omnino [illegible] ſupremum meretur locum cum CAMPERO immortali. VESALII et EVSTACHII imagines ab artifice imperito et minus exercitato confectae ſunt; igitur iure meritoque, etſi plures res arte dignas repraeſentant, ad inferiorem locum ablegantur. HVNTERI icones, ſi artificis conſideramus diligentiam Halleriis longe praeſtantiores ſunt, ſin ad artis dignitatem reſpicimus, vnum eundemque cum his locum ſimul occupant. Idem fere declaramus de VICQ D'AZYRII iconibus cerebri. MASCAGNII imagines ſyſtematis vaſorum lymphaticorum minus perfectae ſunt, quam vulgo creduntur, etſi vaſorum lymphaticorum ſyſtematis fere plenariam expoſitionem continent. Sed taceamus de reliquis et reuertamur illuc, vnde digreſſi ſumus. Satis enim ex his elucet, nos, quod ad iudicium de iconibus anatomicis ferendum attinet, inuitos ab Auctore diſcrepare. Res omnino bene ſe habet, ſi anatomicus ipſe exercitatus eſt artifex, aut ſi artis praecepta bene memoria tenet, at male, ſi aliqua tantum artis pictoriae cognitione inſtructus eſt. Nihil enim peius pictori accidere poteſt, quam a viro docto pendere, qui autem a limine tantum ſalutauit.

Ex iconibus vmbra et lumine ad naturam diſtinctis neque *Camperianae*, neque *Vicq d' Azyrianae* eae ſunt, quae maxime placent. Illae enim ſunt leuiter adum-

adumbratae et fere lineares, hae vero maxima ex parte penicilli ope confectae. *Hunterianae* vero (de vtero grauido) primum ex his, quod ad diligentiam et artem attinet, locum tenent.

Argumenta, quibus innixus Auctor icones coloribus haud distinctas, illis quae coloribus variis pictae sunt, anteponit, nos latent. Ex nostra enim sententia colores haud parum delineatarum rerum naturae proficiunt.

Denique hoc adhuc monemus, icones duas, libello huic adiectas, esse nididas et a CAPIEUX nostro ad naturam delineatas, a FISCHERO vero, in nostro theatro anatomico prosectore, aere incisas.

XII.

HENRICI PALMATII LEVELINGII, Anat. Chir. et Instit. Medic. Pr. P. in Vniuersitate Anglipolitana etc. Obseruationes anatomicae rariores, iconibus aeri incisis illustratae. Fasc. I. Norimb. in off. Weigelio-Schneideriana 1787. 4. pag. 162. c. tab. V. aeri inc.

Tres illas commentationes, quae hocce fasciculo continentur, olim iam Auctor Cl. in Academia Anglipolitana dissertationum inauguralium titulo edidit, ipsasque initium obseruationum suarum anatomicarum esse voluit. Tertiae modo tractationi nouas quasdam adiunxit animaduersiones.

Diss. I. *De valuula Eustachii et foramine ouali* agit, cuius cum olim iam in hisce commentariis *) facta fuerit mentio, nolumus denuo argumentum ibi expositum hic repetere. p. 1–42.

Diss. II. *De vtero bicorni et vagina ad vterum non infracta.* Duo hic enarrantur exempla vteri praeter p. 43.

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXIV. p. 316. seqq.

ter naturam formati, quae in cadauerum duorum anatome obuenerunt. In ancilla nempe xx circiter annos nata, vteri molem ſolita maiorem, ſuperam exteriorem minus conſuetam, ſtructuramque internam bilocularem obſeruauit. Formam externam quod attinet, ſuperior pars, inſtar ſemicirculi excauata, eam ipſam ob rem plane ſingularem efficit formam. Sectione per labium orificii vteri interni ad ceruicis partem poſteriorem inſtituta, orificium in conſpectum venit duplex, in quolibet latere vnum, ſeptumque intermedium minimum, carneum. Dextro huius vteri cornu ad tubam vſque Fallopianam aperto, cauum duos digitos longum, ſuperiora verſus acuminatum, in medio novem lineas cum dimidia latum detegebatur. Septi intermedii craſſities ſeptem aequabat lineas. Subſtantia vtriusque cornu, ceruici propior quatuor, prope vero tubam ſenſim extenuata, duas lineas
p. 50. craſſa inueniebatur. Alterum exemplum luſus naturae tum in vtero, tum in vagina plane ſingularis anicula ſexaginta annorum, nunquam puerpera, obtulit. Prominebat ſcilicet inter ligamenta vteri lata maſſa quaedam informis, tuberculis aſpera, quae ad tubas vſque diſſeminata erant, mediam fundi partem ita comprimentes, vt ea in cauitatem quandam quaſi recederet. Ouaria conſpiciebantur perexigua, ipſiusque vteri ſubſtantia peritonaeo incluſa viſui ſeſe ſubtraxit, ita, vt de huius viſceris plenario defectu ſibi perſuaſiſſet Cel. Auctor, niſi tactu de illius praeſentia certiorem fieri licuiſſet. Vaginae oſculum contractum, nec hymenis (ruga aliqua eminente excepta) vllum veſtigium deprehendebatur. Vagina ex poſtica parte diſſecta, verrucae calloſae, duriuſculae viſui ſe offerebant, ita in vaginae ſuperficie interna diſpoſitae, vt duas ſeries ſ. ordines efficerent. Alterum vaginae dimidium fuit leviſſi-

simum et prope vterum *ductum* habuit *non obstructum*, qui non antrorsum, sed infra vterum, vel potius vteri massam informem, ita pergebat, vt ibi, vbi orificium vteri internum alias prominere solet, continua, nec rugosa, nec cicatrice deformis, sed integerrima et leuissima vagina fine coeco terminaretur. In medio hoc orificio interno adparuit valecula, cum foramine perquam exiguo, setam porcinam vix admittente. Accurate igitur considerata exteriore structura interiorem quoque rimatus est. Ac superficiem intimam quidem ceruicis inuenit plicis asperam, et versus mediam eius partem paullulum compressam; corpus autem vteri interiora versus fuit dilatatum. Hicce canalis sic procedens ad foramen vteri tuberosam aperuit substantiam, et canum inter labia dissecta in conspectum prodiit, quod glandem plumbeam facile admittebat. Hoc atrium intermedium latissimo orificio duplici eoque subouali, cum duobus cornubus euidentissime communicationem aluit, et sic in illa continuabatur, vt cornu dextrum crassitie longitudineque sinistrum superaret, sectione vero longius continuata crassities versus tubam paullatim decrescere visa est. Post diligentem huius a natura recedentis partium formationis descriptionem aliorum virorum BAVHINI, CATTI, BOEHMERI, HALLERI al. auctoritatem cum hisce comparat obseruationibus, et qua in re conueniant inuicem discrepentue a suis, fusius exponit. Denominationes vteri *bicornis*, *bifidi*, *duplicis*, *semiduplicis* accurate definire studuit. *Bicornes* vteros, consentientibus multis magni nominis viris, eos adpellat, qui cornua plus minusue extenuata et recurua habent, quorumque orificium sat amplum in tubas patet, et ceruix communis vnicumque orificium terminantur in vaginam. *Bifidi* sunt, quorum fundus non depressus, neque externa sensibiliter pro-

p. 60.

p. 85.

longata ſunt. *Vere duplices* an vnquam obſeruati fuerint, dubitat, cum quatuor quoque tubae non neceſſario requirantur. Ad finem obſeruationum quasdam phyſiologicas adiecit, quibus, vtero in ipſius docuerunt obſeruationes, comparato, ſuperfoetatio locum habere poſſe aſſeritur.

p. 115. Diſſ. III. *De fractura, fiſſuris, contrafiſſuris cranii, nec non de praeternaturali oſſium quorundam configuratione.* — Deprehendit auctor in puella, quae lapſu de ſcala mortua eſt, praeter vterum contra naturam formatum mirum fracturarum, fiſſurarum et contrafiſſurarum cranii confluxum, qui animadverſione et deſcriptione fuit digniſſimus. A parte occipitis craſſiore et ſuperiore duae originem traxerunt fiſſurae paruae, quae per totam oſſis longitudinem, a ſe inuicem recedentes, et in deſcenſu latiores factae veram referebant fracturam, atque per foraminis occipitalis magni ambitum penetrarunt. In parte vero occipitis inferiore et aliquo modo pellucida ex prioribus aliae fiſſurae, tranſuerſae magis, extitere, a dextro quidem fiſſura alia ad marginem occipitis dextrum, ſupra inciſuram foraminis laceri, ſurgebat, per vicinum os temporum intra apophyſin maſtoideam continuata, hanc ab ipſa continua baſi partis petroſae vera fractura, in cranii cauum penetrante, ſeparabat, adſcendens poſtea ſupra foramen auditorium externum, indeque ſupra radicem apophyſeos zygomaticae dextrae per portionem oſſis temporum ſquamoſam in futuram, quia illud oſſi ſphenoideo iungitur, ſeſe diffundebat. Fiſſura in itinere ſupra foramen auditorium adeo latitudine creuit, vt fracturam ſat notabilem, in cranii cauum penetrantem, et calamum ſcriptorium admittentem, exhiberet. Sinisterior autem fiſſura, per longitudinem oſſis occipitis excurrens, in tres quaſi ramos diuidebatur, quorum ſuperior ad futu-

ſuturam lambdoideam terminabatur, duo inferiores ad foramen vſque magnum producebantur, vbi non ſubſiſtebant, ſed, quod fiſſurae dextrae continuatio iam effecerat, vltra illud, ſolutionem continui paſſum, extendebantur. Eadem diligentia internam capitis ſuperficiem, partesque ibidem incluſas conſiderauit, et ex harum fracturarum, fiſſurarumque conditione, ex diſrupta porro baſi oſſis petroſi, qua ratione haemorrhagia inſigois aurium orta fuerit, explicat. Cerebrum quidem illaeſum, ſed in ſella turcica plures fiſſurae deprehendebantur; eminentia eiusdem ſellae tranſuerſalis fiſſuram admodum notabilem obtulit, quae ſiniſtrorſum in foramen vſque opticum excurrebat, dextrorſum oblique retro foramen opticum per poſteriorem partem oſſis ſphenoidei ad foramen ouale vſque tendebat. Haec fiſſura tranſuerſalis originem praebebat alii, quae, per anteriorem oſſis ſphenoidei ſubſtantiam directa, partem laminae cribroſae findebat. E dextra parte ad radicem apophyſeos clinoideae poſterioris, alia orta fiſſura, in ſellae turcicae ſubſtantiam ſatis profunde penetrans, communicabat cum reliquis. Ex parte ſiniſtra ad latus ſellae, priori parallela, capilliformis magis, nec tam alte adſcendens conſpiciebatur fiſſura. In internam oſſis occipitis ſuperficiem initia fiſſurarum antea deſcriptarum penetrauerant, duaeque aliae fiſſurae laminam eiusdem oſſis internam ſolum findentes ſeſe obtulerunt oculis. Oſſa caeterum aetati habituique puellae fuerunt accommodata. Subiunguntur luſus aliquot naturae in oſſibus. Configuratio nempe atlantis ſingularis, firmiorem effecit nexum. Apophyſes tranſuerſae erant ſolito breuiores, et ſuperioribus apophyſibus vltra iuſtum numerum praeſentibus, valde ſingularibus, ex vtraque parte auctae. — Numerus vertebrarum in milite quodam ſtaturae procerioris fuit

XXV, et ſuperflua ad ordinem pertinebat cervicalium. Vltima ex his octo vertebris cervicalibus in vtroque corporis ſui latere ſuperius duas ſuperficies exiguas, quae quoniam eminebant, tubercula commode nominari poterant, exhibuit. Duae coſtulae ſuperfluae vtrique reſpondebant ſuperficiei cartilagine obductae. — In alio ſceleto militis tredecim vertebras dorſi, duasque coſtas ſupernumerarias, articulo cum illis coniunctas, deprehendit. — Obſeruauit ſimili ratione inter coſtam veram tertiam et quartam prope corpora vertebrarum dorſalia tuberculum aliquod prominens. Cum diligentius in illud inquireret, ab vtriusque coſtae collo latiore, veram vtriusque oſſis ſubſtantiam intrinſecus elevari, intellexit. Vtraque haec verarum coſtarum propago non inuicem confluxerat, ſed oſſe alio, nonnihil oblongo, intermedio nectebatur. Quae obſeruationes omnes locis atque exemplis ſimilibus e variis auctoribus deſumtis partim confirmat, partim illuſtrat auctor noſter. — Tabulas quod attinet aeneas, profitendum nobis eſt, in illis perficiendis artificis haud defuiſſe diligentiam, et quod forſan monendum eſſet, id tabulam praeprimis ſpectare primam, vbi cordis circumſcriptionem naturae non ſatis reſpondentem deprehendimus.

p. 152.

XIII.

Noua phyſico-medica.

Societas medicorum Londinenſis praemium a ROTHERGILLIO conſtitutum illi promiſit, qui anno 1790. omnium optime quaeſtionem ſoluerit hanc: *quae ſymptomata atque remedia poſſunt inflammationem augere, impedire penitusue tollere?* Simile praemium obtulit eadem ſocietas diſputationi optimae de *morbis capitis*, anno eodem ipſi exhibendae.

Acta-

Academia regia ſcientiarum Pariſienſis quaeſtionem hanc pro anno CIↃIↃCCLXXXVII. mouerat: *inuenire remedia, quibus poſſint ſibi cauere pigmentorum tritores ab iis morbis, quibus frequenter obnoxii ſunt, et qui huius ipſius laboris ſolent eſſe ſequelae.* Cum nulla ex iis diſſertationibus, quae de praemio propoſito concertarunt, academiae illuſtri ſatisfaceret, idem illud argumentum, ſuae in rempublicam vtilitatis cauſa, pro hoc, qui nunc agitur, anno iterum fuit exhibitum. Praemium nunc inter PASQVIERIVM, membrum academiae regiae pictoriae, et de FRANCE, pictorem apud principem epiſcopum Leodienſem, diuiſum eſt.

Eadem academia anno CIↃIↃCCXCI. cupit *de optima via ac ratione doceri, qua putei purgari, atque foſſae ſtercorariae euacuari poſſint.* Qui de praemio, optimae hoc de argumento conſcriptae diſſertationi conſtituto, certare cupiunt, ſcripta ante Cal. Februar. laudati anni Viro, qui huic academiae a literis eſt, exhibenda curare debent.

Academia regia Nanceiana d. VIII. Mai. huius anni conuenit ad praemia auctoribus diſſertationum, quae hunc meruerunt honorem, adiudicanda. Illuſtris Comes DE LA VALETTE indicauit, vt praemium optimo Ducis de CHOISEUL elogio conſtitutum, Cl. THIERY, qui cauſas coram parlamento agit, reportauerit; aliud ob inuentam ſphaeram mobilem abbati MAINE; tertium optimae de argumento, medicam ad artem pertinente, diſſertationi promiſſum, Exper. BOUFFE; quartum, quod optimae ſolutioni quaeſtionis: *quaenam media in vſum vocanda tunc, cum molis aquâ, ad earum motum neceſſaria, deeſt?* contingere debebat, incolis tribus pagi Burgundiaci, Arnaile-Duc vocati, MANNOTO, BANNIERIO, et CLAVIERIO adiudicatum ſit.

Socie-

Societas regia ſcientiarum Londinenſis IO. ELVERT. BODIVM, celebrem aſtronomiae ſtudio virum, qui Berolini viuit, inter ſocios extraneos recepit, ipſique diploma literasque notificatorias per VOLMEYVM, regi Boruſſorum a conſiliis intimis, exhibendas curauit.

Societas agriculturae et artium Caſſellana praeter ea praemia, quae agricolis, artificibusque variis conſtituta ſunt, etiam in hunc, qui nunc agitur, annum hanc quaeſtionem mouit, praemioque X numorum aureorum, qui *doublons* vocantur, dignam iudicauit: *vtrum et quibus ſub conditionibus ſ. circumſtantiis cuilibet agricolae pecora alere ſine vlla limitatione liceat, an et quomodo e principiis iuris oeconomiaeue rei pecuaria limitibus circumſcribenda ſit?* Vltimo Maii CIↃIↃCCLXXXXI. ea diſſertatio, quae e rerum harum peritorum iudicio optime hanc quaeſtionem ſoluit, publice praemio propoſito digna pronuntiabitur.

Societas ſcientiarum Haarlemenſis in conſeſſu publico, d. XXV. Maii habito, programma publici iuris fecit, e quo quae ad medicinam et ſcientiam naturalem pertinent, exſcripſimus: Quaeſtio *theoriam Crawfordianam de igne et calore* expendendam exhibens, quae iam bis ab hac ſocietate mota, ſed a nullo reſoluta eſt, tertium pro anno CIↃIↃCCLXXXXI. proponitur. Alia quaeſtio de ſerie naturali, qua ſe omnia in hoc mundo obuia corpora excipiunt, quae iam anno CIↃIↃCCLXXXI. et LXXXII. ſine ſucceſſu mota eſt, ita repetitur, vt nullus annus finiatur, quo de praemio concurrentes ſuas hoc de argumento diſſertationes exhibere debeant. — Noua argumenta, quorum expoſitio ante Calend. Nouemb. anni futuri ab academia optatur, ſunt haec: 1. *probare, optimam eſſe demonſtrationem Dei Kantianam:* 2. *quae poterunt de animalibus VII. prouinciis confoederatis indigenis adhuc cum vtilitate in*

incolas

incolas harum regionum redundante, inſtitui diſquiſitiones? — Repetuntur pro anno CIↃIↃCCXC. quae iam ante aliquot annos propoſitae fuerant, hae quaeſtiones: 1. *de aëre condenſato, inſtrumentis, experimentisque cum illo inſtituendis*: 2. *de alimentis plantarum*: 3. *an opium medicinam dyſenteriae eſſentialem exhibeat, et quo tempore, quaue ratione in vſus vocandum?* 4. *hiſtoria naturalis atmoſphaerae prouinciarum VII. confoederatarum e comparatione obſervationum meteorologicarum, quae Swaneburgi factae ſunt, cum iis, quae aliis in locis inſtituantur, deducenda.* Duplex huic promiſſum praemium. 5. *quid e regno minerali in prouinciis VII. confoederatis vlteriorem, eamque vtilem inquiſitionem admittit?* 6. *quaenam remedia ſanitatem eorum, qui recens Batauiae aduenerunt, ſartam tectamque conſeruare poſſunt?* Haec quaeſtio pro anno 1785. propoſita nunc pro anno CIↃIↃCCXCIII. Calend. Iun. ſoluenda repetitur ita: *mortalitasne recens Batauiae aduenarum ibi certo maior eſt, quam alibi? quae eius ſunt cauſae? quae remedia ipſis opponenda?* Cum denique diſputatio PAVLI FRISII *de inaequali ſatellitum Iouis motu* votis academiae nondum ex aſſe ſatisfecerit, idem argumentum denuo ad diligentius pertractandum eruditis offertur. Conditiones vberius in programmate laudato enunciantur, ad quod eos, qui praemiis promiſſis potiri cupiunt, relegamus. Cl. VAN DER AA, qui ſocietati a literis eſt, recipiet omnia, ad academiam, ſolutis poſtarum vectigalibus, miſſa ſcripta.

De ſocietate imperiali naturae curioſorum, cuius iam director ae praeſes illuſtris DELIVS eſt, haec poſſumus e programmate commemorare. Ea ſcilicet Coadiutorem Moguntini Electoris Sereniſſimum, DALBERGIVM, omnigenorum meritorum laude clariſſimum, inter membra honoraria diplomate Ipſi exhibito recepit.

pit. — Porro, qui ante DELIVM huic academiae praeerat, COTHENIVS ſocietati huic mille thalera imperiales donauit, ita, vt ab vſuris quolibet biennio moneta excutiatur aurea; illi, qui quaeſtionem ad medicinam practicam pertinentem, ab academiae praeſide publice propoſitam, omnium optime expoſuerit, exhibenda. Praeter hanc pecuniam ab eodem COTHENIO academiae huic ampla ac ſplendida librorum ſupellex per teſtamentum donata eſt.

Societas regia ſcientiarum Hafnienſis praemia nunc diſtribuit iis, quorum diſſertationes, ad ipſam de argumentis publice propoſitis miſſas, hoc honore dignae viſae ſunt. Ac primo quidem praemio ornatus eſt CAGNOLIVS, academiae Veronenſi a literis, ob ſolutam quaeſtionem: *inuenire viam faciliorem, longitudinem maris ſolis obſcurationibus, aut ſtellis fixis a luna tectis definiendi.* Secundum praemium obtinuit CHRISTIANIVS, a conſiliis iuſtitiae et profeſſor Kilonienſis, ob praeclare elaboratam hiſtoriae Danicae periodum inde ab anno 1182-1209. Tertium quartumque praemium non diſtributa ſunt, quoniam argumenta, hisce praemiis ornanda, vnica ſolum eaque tali diſſertatione diſcuſſa ſunt, quae illuſtri ſocietati non ſatisfecit. — Anno CIↃIↃCCLXXXIX. deſtinata ſunt tria praemia, quae optimae ſolutioni harum quaeſtionum contingent:

1. *Hypotheſin Crawfordianam de calore corporum inſenſibili et latente curatius examinare, expoſitis argumentis tam pro ea, quam contra eam militantibus.*

2. *Data loci latitudine et longitudine declinationem acus magneticae in vtroque hemiſphaerio determinare, et curuas, quas declinationes magneticae exhibent, ducere.*

Tertia quaeſtio, quae *ſyſtematis feudalis originem* concernit, huc non pertinet, quam ob rem ſilentio ipſam praeterimus. Diſſertationes, quae de praemio

mio certare debent, lingua aut latina, aut franco-gallica, aut germanica, aut danica conſcriptae eſſe poſſunt, et ante Calend. Iulias CIↃIↃCCXC. ſub ſolitis conditionibus exhibendae ſunt, ſolutis transmiſſionis ſumtibus, Celeb. IACOBIO, a conſiliis conferendis, ſocietatique a literis.

Ioſephus II. celeberrimi nominis phyſicum FELICEM FONTANAM, profeſſorem phyſices experimentalis, muſeique Florentini directorem, ob praeparata anatomica cerea, quae Imperatoris liberalitas academiae caeſar. reg. Ioſephinae medico-chirurgicae, recens inſtitutae, donauit, eius ſub auſpiciis egregie ad naturam efficta, inter nobiles terrarum auſtriacarum eſſe iuſſit, praetereaque theca aurea, adamantibus magni pretii exornata, qua puluis tabaci ſternutatorii recondi ſolet, liberaliſſime auxit.

Potentiſſimus rex Poloniae STANISLAVS HEVELIVM, magnum Germaniae decus, quem IOANNES III. viuum magni aeſtimauit, diu poſt mortem quoque ob inſignia eius in aſtronomiam etc. merita honore adficere ſtuduit. Imaginem enim eius ex aere conflatam Dantiſcum miſit, quam in curia vrbis veteris cum apta inſcriptione poni conſtitutum eſt.

Experientiſſimus FRID. IAHN, qui Meiningae artem facit, ab illuſtri acad. Leopoldino-Caeſarea naturae curioſorum inter ſocios receptus eſt.

Experient. GVIL. IOSEPHI, cuius *anatome mammalium*, de *coniungio atque educatione phyſica infantum* libellus aliaque ſcripta nota ſunt, auctoremque de meliore parte commendarunt, Goettinga Roſtockium migrat profeſſoris medicinae munere ornatus.

Excell. D. SCHOENBAUER, qui haud ita pridem profeſſor oeconomiae atque hiſtoriae naturalis in vniuer-

vniuerſitate Pragenſi conſtitutus erat, nunc ſuccessit profeſſori hiſtoriae naturalis in academia Peſtana.

Experientiſſimus MELLINVS, Leouano relicto obtinuit morte Doctoris AD. STRASGY, quae d. VII. Aug. h. a. anno aetatis XLIII. accidit, munus titulumque medici primarii in noſodochio vniuerſali Viennenſi cum ſtipendio annuo 1200. flor. officium magiſtri ſanitatis cum ſtipendio annuo 450. flor. phyſicatumque in ſeminario generali cum ſtipendio 600 flor.

Excell. D. RICHTER, Halae Saxon. hucuſque profeſſor medicinae extraordinarius, nuper eiusdem profeſſor ordinarius ibidem eſt creatus.

LORRANVS, Vir experientiſſimus, qui medicum phyſicum in noſodochio vniuerſali Viennenſi faciebat, ſeſe hocce munere abdicauit, cum mortuo DE VIGILIIS ſuccedere deberet; nunc vero Comitem ab Haddick, qui exercitus aduerſus Turcas bellum gerentis parti cum imperio praeeſt, ſecutus, ipſumque ſanitatis curam, ſtipendio annuo DC. florenorum conductus, ſuſcepit.

Experientiſſimo SOMMERO munus phyſici medici primarii, a morte de VIGILIIS vacuum, oblatum eſt, ita tamen, vt ſtipendium annuum a mille et ducentis florenis ad mille vſque ſit imminutum.

Generoſiſſ. de BOYER, qui eo fine, vt Archiducis Celſiſſimae, Eliſabethae, medicus obſtetricius deſignatus in ſua arte maiores faceret progreſſus, iter ſuſcepit, quo durante adhuc ab Imperatore inter nobiles relatus eſt, ab itinere hoc redux Viennae privatus et ab omni artis exercitio alienus vixerat, nunc publicus artis obſtetriciae cum ſtipendio annuo CIↃIↃCC. florenorum Viennae profeſſor ordinarius conſtitutus eſt, ita, vt quidem Generoſiſſ. de LEMACHER eodem, quo nunc meruit, ſtipendio CIↃIↃCC flor. artis obſtetriciae theoriam tradere in eadem

literarum

literarum vniuerſitate pergeret, Exper. STEIDELE vero, qui hucuſque non ſine auditorum applauſu eiusdem artis exercitium docuit, ſoli chirurgiae practicae inſtitutioni ſeſe dicare iuberetur.

Sereniſſima Princeps DASCHKOWIA, quae academiam imper. Petropolitanam dirigit, academiae imper. Ruſſicae praeeſt, et variarum ſocietatum eruditarum ſocia, haud ita pridem ab academia imperiali naturae curioſorum inter membra honoraria relata eſt. Eadem de literis promouendis meritiſſima Princeps a *Franklino* accepit diploma, quod ſocietatis ſcientiarum, quae Philadelphiae floret, membris ſolet exhiberi.

Nuper Experient. WEGELER in academia Bonnenſi profeſſor medicinae, et Excell. ARNDS profeſſor hiſtoriae naturalis facti creatique ſunt.

Friburgi Briſgouiae IOH. GVTMANNVS, chirurgiae doctor atque in theatro anatomico ibidem ſuſtentato proſector, d. X. Aug. h. a. anno aetatis XXXIV. phthiſi pulmonali correptus vita exceſſit.

Pragae iuſſu et ſumtibus imperatoris Ioſephi II. prope aedem St. Apollinaris domum obſtetriciam ad exemplar eius, quae Viennae ab aliquot inde annis aperta eſt, inſtitutam parturientibus inde a XVII. Aug. h. a. patuiſſe accepimus. Eodem nuncio conſtitit, noſodochium vniuerſale propediem ibidem abſolutum iri.

Viennae PHIL. IAC. POCK, philoſoph. ac medicinae doctor, variorum noſodochiorum phyſicus, magiſterque ſanitatis, anno aetatis LXVI. phthiſi pulmonali mortuus eſt.

Duisburgi d. III. Iul. h. a. I. PH. L. WITTHOF, medicinae doctor, comiti Bentheimio-Steinfurtenſi a conſiliis et ſanitatis cura, profeſſorque hiſtoriae, doctrinae morum atque eloquentiae in eadem academia, libello de caſtratis, poematumque vernacu-

la lingua ab ipso scriptorum editione inter mortuos, anno aetatis LXIV. e viuis excessit.

FRIDER. LEBER. SVPPRIANVS, medic. doct. et prof. publ. extraordinarius in acad. Friderician. Halae Saxonum pridie Calendas Septemb. h. a. extinctus est.

LEBR. E. SCHNEIDERVM, chirurgum Mitweidensem, qui chirurgicas historias cum theoreticis practicisque animaduersionibus lingua vernacula edendo chirurgorum vtilitati inseruire studuit, d. III. Octobr. h. a. e viuis excessisse accepimus.

FRANC. ANT. FERD. STEBLER, Electori Palatino-Bauarico a consiliis et a corporis cura, inde a XXX annis Senior academiae Ingolstadiensis, et inde a LV. annis professor medicinae ordinarius, morte apoplectica d. XI. Iun. h. a. aetatis LXXV. anno obiit.

D. XXXI. Octobr. h. a. Halae Saxonum FRID. ADOLPH. BOEHMERVS, Regi Borussiae a consiliis intimis, professor medicinae primarius, Senior facultatis medicae Halensis, pluriumque societatum eruditar. soc. anno aetatis LXXIII. apoplexia prid. Calend. Nouembr. obiit.

PIZORNOVM, professorem physiologiae, et elegantia stili clarum, mors Genuae medio fere Iunio anni huius literis artique medicae eripuit.

Lugduni Parisiorum d. VII. Iun. in horto Ducis Aurelianensis, qui Malsosii (Mauceaux) colitur, arbor Chilensis, *Macqui* dicta, et ab HERETIERIO in tabula XVI. *stirpium nouarum* depicta atque descripta, fructibus, qui baccas referunt, onusta primum conspiciebatur. DOMBEYVS, itinere historiae naturalis amplificandae causa in Americanas, ditioni Hispanicae subiectas regiones suscepto, clarus, illum arborem Europae intulit, hac potissimum causa inductus, quod baccas inuenit admodum potentem praebere medicinam febrifugam, quid? quod in pe-

ſte, anno CIↃIↃCCLXXXII. regnum Chilenſe deuaſtante, egregios inde effectus produci vidit. Cum arbor haec praeteriti hyemis ſaeuitiem ſub dio perduraui, inde colligi facile poteſt, hanc eius in Europam tranſplantationem fore vtiliſſimam, et adparatum medicamentorum inde poſſe locupletari.

LAVOISIERIVS, MORVEAU, Lib. Bar. de DIETRICH aliique conſilium ceperunt, annales chemiae ad exemplar Crellianorum conſcribendi, ita, vt quolibet anno quatuor compareant volumina. Optandum eſt, vt ſelectum inſtituant materiarum meliorem, quam Exper. CRELLIVS interdum feciſſe nobis viſus eſt, illorum annalium conditores, numerumque voluminum potius imminuant, quam rerum tractatarum grauitatem vtilitatemque.

Ad nos peruenit ſciagraphia ſocietatis correſpondentis medicorum chirurgorumque Helueticorum, quam cum lectoribus noſtris propterea communicamus, quod optamus, vt medici chirurgique cuiuslibet regionis in ſimiles coeant ſocietates, quarum emolumenta non poſſunt leuia eſſe, ſed artis ſalutaris limites multum promouere.

I. Numerus medicorum chirurgorumque Helveticorum non finitus inter ſe conuenit, vt viribus iunctis in arte medica magis magisque perficienda elaborare ſtudeant.

II. Omnes ac ſinguli tenentur, quaecunque quilibet ipſorum ad artis ſalutaris maiorem perfectionem facientia obſeruauerit, detexeritque, ea omnibus huius ſocietatis membris aperire. Morborum grauium, et de quorum curandorum recta ratione fortaſſe ambigi poterat, hiſtoriae ad diiudicationem, atque conſultationem cum reliquis medicis atque chirurgis communicantur. De omnibus rebus, ad medicinam practicam pertinentibus, commercium inuicem aluut literarium.

III. Societas in eo elaborabit, vt ex omnibus

Heluetiae regionibus viri eruditione, experientia, ac probitate diuites ſocietati huic accedant.

IV. Nulla huic ſocietati ſedes fixa eſt, et ea poteſt. Attamen Turici habitant ii, qui huic ſocietati a literis ſunt. Quod quidem munus nunc Experientiſſimis Viris, Canonico RAHNIO, ROENNO, SCHINZIO, USTERIO, publicoque eius vrbis chirurgo MEIERO concreditum eſt. Ibidem quoque adſeruantur ad communem omnium ſocietatis membrorum vſum omnes literae, obſeruationes, inuenta etc. quae ad ſocietatem noſtram miſſa ſunt.

V. Quo plures ex Helueticis medicis chirurgique huic ſocietati accedunt, eo plus vtilitatis inde in artem medicam redundabit. Ex omnibus tamen delectus faciendus eſſe videtur, cuius numerus vltra XX. non extenditur, et cui negotium hoc datum eſt, vt pro legum, quibus quodlibet ſocietatis membrum adſtringitur, obſeruatione vigilare debeat.

VI. Hic delectus ab initio componitur e quinqueuiris ſupra nominatis, qui nunc ſocietati a literis ſunt, atque XV. aliis membris, quae prima ſocietati acceſſerint.

VII. Quodſi vnus aut plures ex hoc delectu morte aut alia quacunque de cauſa ſocietati fuerint erepti, reliqui, qui ſuperſunt, ex omnibus aliis ſocietatis membris eligunt totidem, quot ad numerum delectus vicenarium complendum requiruntur, ita tamen, vt potiſſimum ex illa Heluetiae regione eligendum ſit nouum delectus membrum, vnde nondum in eum receptus fuerat medicus chirurgusque.

VIII. Cuilibet horum XXuirorum adſignantur ſocietatis membra, quae ad ipſum literas ſuas poſſunt mittere; delectusque quaterni commercium literarium alunt cum vno ex illis, qui ſocietati perpetuo a literis ſunt.

IX.

IX. Sic igitur obſeruationes, experimenta, diſſertationes inuenta, etc. ſingulorum ſocietatis membrorum primum ad vnum ex XXuiris, qui delectum conſtituunt, perueniunt, ab hoc ad ſecretarium, ad quem ille XXuir literas ſuas dare coactus eſt, ab hoc ad reliquos ſecretarios, quorum quilibet cum is e XXuirali ſelectu, qui ipſi quaſi ſubſunt, ea, quae ad ipſum perſcripta ſunt, communicat; qua via in omnium reliquorum ſociorum notitiam ea omnia ordine indicata veniunt.

X. Secretarii catalogum conficiunt eorum omnium, quae a ſocietatis membris ad illos ſunt tranſmiſſa, cuius apographum quouis trimeſtri cum maxime memorabilibus obſeruationibus, diſſertationibus etc. cum omnibus huius inſtituti ſociis communicare debent.

XI. Praecipuam attentionem illis literis dicare promittunt huius ſocietatis fundatores, quibus hoc vel illud membrum de difficilibus morbis, eorumque vera natura atque curandi ratione conſilia ſibi ſuggeri a reliquis ſociis cupit. Hae, quantum fieri poteſt, celerrime omnibus XXuiris ad deliberandum mittuntur, vt ipſorum ſententiae medico conſilium optanti quantocyus exponi vberius poſſint.

XII. Vt primum ſufficiens adeſt copia diſputationum, tabularum meteorologicarum, obſeruationum, relationum de morbis epidemicis, endemicis, ſporadicisque, remediisque nouis etc. *muſeum artis medicae* aperitur, cuius quouis anno ad minimum volumen vnum, plagulis circiter LVIII. conſtans, in publicum prodibit.

Viri eruditi nonnulli ſocietatem iniuerunt, qua naturae ſtudii, phyſices experimentalis, artiumque culturae in Germania proſpicere ita ſtudent, vt varia aperiant emporia, vbi omnia auxilia coëmi facile poſſint, quae ad excolendas illas doctrinas artesque

varias faciunt. Ordientur inde, vt apparatum omnium inſtrumentorum, quae ad phyſicen experimentalem, opticen atque aſtronomiam pertinent, Francofurti ad Moenum colligant. HVRTERVS, inſtrumentorum mathematicorum atque phyſicorum clarus Londini artifex, ab hac ſocietate de conſilio ſuo certus factus, rogatusque, vt inſtrumenta talia, ſub eius directione Londini facta, Francofurtum mitteret, bibliopolisque Varrentrappio Wenneroque vendenda committeret, hisce precibus annuit ita, vt iam his ipſis nundinis auctumnalibus ſelectus inſtrumentorum phyſicorum adparatus ibi ab harum rerum cupidis inueniri queat. Poteſt quilibet huius ſocietatis ope inſtrumenta quaelibet Londini conficienda curare, modo literis ſuis indicet mercatorem Francofurtenſem, qui inſtrumenta, Francofurtum apportata, pecunia apparente redimat, eorumque vlteriorem tranſportationem curet. Nulla inſtrumenta a noſtris conciuibus confecta, in illo emporio reperientur. Praeter inſtrumenta etiam libri magni pretii, mappaeque geographicae ab hac ſocietate procurabuntur.

Senatus reipublicae Genuenſis, cum nuper FRZORNOVS, celeberrimus illius reipublicae medicus, fatis cederet, conſtituit, ad ſtudium medicum ibi magis magisque emendandum omnes intendere neruos. Diu iam forma quaedam deſcripta erat, ad quam medicinae ſtudium ad noſtri ſeculi genium efformari, eiusque diſcendi docendique ratio emendari commode poſſet. Hanc quidem formam ad varias academias miſit Senatus, vt iudicia et conſilia de illa viri eruditiſſimi in medium proferrent ſua. Nunc clinica medicina primum ſaluberrimi illius conſilii effectus experta eſt, ad quam profitendam Experient. OLIVARIVS iuſſu ampliſſimi Senatus eſt conſtitutus.

HER-

HERSCHELIVS ſuo teleſcopio catoptrico, cuius magni catoptri diſtantia focalis XL pedum eſt, d. XVIII. Aug. ſatellitem Saturni ſextum, d. XVII. Sept. autem ſeptimum eiusdem planetae detexit. Tempus, quo prior planetae circumuoluitur, horis XXII. et minut. primis 50 finitur, cum contra ea poſterior idem iter horis XXIII. minut. prim. 45. abſoluit.

Experientiſſimus MEYLE, Moguntinus, ab itinere ſuo quinquennali, ad cognitionem artis veterinariae augendam ſuſcepto, redux nunc in eo eſt, vt collectas ſcientiae ſuae copias in patriae proferat vtilitatem. Etenim ad ſcholam artis veterinariae, quae ibi aperienda eſt, habendam profeſſoris titulo ac dignitate ornatus eſt.

XIV.

Continuatio librorum, qui anno 1785. et 1786. prodierunt.

RIGBY (E.) an eſſay on the uterine haemorrhage, which precedes the delivery on the full-grown foetus. the 3 edit. London. 8.

RINNMAN (SWEN) *Verſuch einer Geſchichte des Eiſens, mit Anwendung für Gewerbe und Handwerker. A. d. Schwed. überſ. v. J. G. Georgi. Vol. I. II. Berlin.* 8.

de la ROCHE *Unterſuchungen über die Natur und Behandlung des Kindbetterinnenfiebers oder der Entzündung der Eingeweide bey Woechnerinnen. Mit Anmerk. von* C. G. SELLE. *Berlin.* 8.

